p lignū. fenū. stipulā venialia intelligunt peccata. et nullus adeo p̄fectus est q̄ venialiter nō peccet. Ergo qui edificant aurum argentum lapidē p̄ciosum. edificant etiam lignū. fenū. stipulam. ergo p̄ ignem transibunt. Ad quod dicimus quia nō omnis q̄ venialiter peccat. lignū. fenū. stipulā edificat. sicut econuerso nō omnis qui cōtēplatur deū et diligit primū et opa bona facit edificat aurū argentū lapidē p̄ciosum. et tñ in auro intelligit cōtemplatio dei. in argento dilectio pximi. in lapide p̄cioso bona opera. Sed illi qui edificant lignum. fennum. stipulā deū cōtemplant et pximum diligunt et opera bona faciūt. nec tamē edificant aurū. argentū lapidē p̄ciosuz. Hec enī edificat qui sic illa tria facit. vt cogitet que sunt dei. et quō placeat deo. nō mūdo. Lignū v̄o et fenū. et stipulā accipi possunt seculariū rerū q̄uis licite cōcessarum tales cupiditates vt amitti sine animi dolore nō possint. Hec ergo edificatis qui cogitat q̄ mundi sunt. quō placeat mundo. qui circa diuitias suas quodammodo carnali affectu tenetur. et tñ ex eis multa beneficia facit nec p̄ eis aliquid fraudis vel rapine molitur. Ex his ergo patet q̄ nō idem hō simul hec et illa edificat. Illa enī edificatio p̄fectoz tñ est. qui nō cogitant placere mūdo sed tñ deo. qui et si venialit̄ aliqñ peccant. feruore charitatis ita assumit in eis peccatum sicut gutta aq̄ in camiuo ignis. et ideo nunq̄ secū portat cremabilia. Hec aut̄ inferior edificatio minor̄ ē. q̄ nō tñ deo s̄ etiā mūdo placere cogitat. deū tñ p̄ponit. Si v̄o mūdu p̄poneret. nō sup edificaret. s̄ de

struerēt fundamētū Affectiōes q̄ carnales q̄b̄ dediti sunt domib̄ contugib̄. possiōibus: ita vt nihil p̄ponant christo: illis tribus significantur que in mentes p̄fectoz non cadunt. et si alia venialia admittant. In cordibus v̄o minorū interdū durant vsq; in finem. q̄ cuz talibus edificis transeunt. sed dissoluentur in igne. Ipsi vero merito fundamētū salui erunt. grauisimam tamen penam sentiat. Ex quo apparet q̄ tam hic misericordiam exhibet deus et quantū ibi exerceat seueritatem cum p̄ eodē peccato multo grauius ibi puniat q̄ hic.

Opinio quorundam cum obiectione.

Sed forte dices il-

lud esse accipiendum de pena peccati. non de ipso peccato. quod Gregorius dicit. q̄dam leuia in futuro dimittenda. Si enim veram penitentiaz habuerit quis peccata omnia dimissa sunt ei. sed p̄na forte remansit. Ideoq; si vere penitens obiit. sine peccato transit. Si autem vero penitens non est in obitu. maculam portat que nunq̄ delibitur. Qui vero edificat lignum. fenū stipulam vere penitet. quia bonus est et charitatem habet. et in charitate de hac vita trāsit. ergo sine peccato transit. non sequitur. Verū quidem est qui bonus est et charitatem habet et vere penitet. et tamen cuz veniali peccato transit quod nō deluit penitentia. Penitentia enī non delet nisi peccatum illud quod deserit homo. Tale aut̄ peccatum sepe in hac vita non delinquitur ab homine. et tamen vere penitens est. et si non d̄ omnibus venialibus peniteat p̄dōt enim quis de omni mortali et de omni veniali penitere. excepto vno vel plurib̄ venialibus quidem. Sicut habet quis charitatem et vnum vel plura venialia. Quod d̄ criminalibus nullatenus esse potest. Est enim aliquis bonus charitatem habens: s̄ adhuc quodam cupiditatis affectu amās hec secularia. Talis existens subita morte opprimit. In illo terreno affectu mortuus est. et tamē saluabit. a quo nō se h̄ absoluit. ergo post hāc vitā ab illo purgabit. Constat ergo q̄dā peccata s̄ leuia post hanc vitam dimitti. Si v̄o de pena peccati illud intelligi voluissent auctores. cur magis cōmemorassent leuia q̄ graua. cū etiā grauium pena hic inexplata post hanc vitā restet.

Q. aliq̄s v̄e penitet et si n̄ de oī venialib̄.

Quid sit edificare li. fe. li.

ugu. super al. cxcij.

Soluit.

Quid sit edificare a. a. et p̄e.

De generali confessioe quid p^re
sit.

Post hec considerã-
dum est quid p^resit cōfessio illa ubi singula
peccata que quisq^{ue} fecit non exprimuntur?
Sane dici pōt. q^{od} omnia criminalia semel
saltem optet in p^ressioe exprimi nisi aliqua
a mente exciderint. S^{ed} quia nemo delicta
intelligit omnia. generalit^{er} saltē ea cōficere
quorū memoriā non habes. 7 sic nihil ce-
lesti d^{omi} sceleribus tuis. Venialia vero quia
innumerabilia sunt sufficit generaliter con-
fiteri. nisi aliqua sint frequēter iterata. p^re-
ctius est tamen etiā illa exprimere si valet.
Ideoq^{ue} quotidie generaliter fit confessio i
ecclesia p^r venialibus scz peccatis que quo-
tidie admittimus. et p^r illis mortiferis q^uā
noticiā nō habem^{us}. **U**n^{de} Aug. Veritatem
dicit deo penitens q^uā nihil illi de commis-
sis sceleribus celat: nisi q^uod et si volūate ce-
lauerit. deus ignoret. sed veritatem sibi di-
ci vult ab eo vt veniā p^rsequat^{ur}. Si nō mē-
te aliqua exciderint. p^rstetur veritates deo
cū generaliter dixerit. Deus q^uos occul-
ta cordis et opa mea et delicta a tenō sunt
abscondita. q^uo veniā largiaris p^rcor. et h^{oc}
est veritas cōfidentis quaz diligit de^{us}. **U**n^{de}
Ecce est veritatē dilexisti. h^{ic} insinuatur
q^uod generalis cōfessio etiā mortalia deiet. q^u
rum intelligentia non habetur.

Aug. in q^uā-
ta rōsione cō-
tra pellagio-
nos.

Nemo confiteatur peccata que
non fecit.

Sicut autem peni-
tens celare nō debet peccatū suū q^uo super-
bia ē. ita nec humilitatis causa fateri se reū
illius q^uod senō cōmississe noscit. q^uo incauta ē
talis hūilitas 7 peccatores p^rstituit. **U**n^{de}
Aug. Cum humilitatis causa mentiris. si
nō eras peccator ante q^uā mentieris mentiē-
do efficieris q^uo vitaras. Veritas in te non
est nisi ita te dixeris peccatores vt etiā esse
cognoscas. Veritas autē ipsa ē vt quod es
dicas. Nam quomodo est veritas ubi re-
gnat falsitas.

Aug. de ver-
bis apli.

De penis sacerdotis qui pecca-
tum publicat cōfidentis.

Lauetat autē sacer-
dos ne peccata p^rstentius alij p^rdat alioq^uā
deponat. **U**n^{de} Greg. Sacerdos an omnia

Gregori^{us}

caueat ne de his que ei p^rstent^{ur} peccata ali-
cui recitet. nō p^rpinquis. nō extraneis. nec
q^uod absit p^r aliquo scandalo. **N**ā si hoc fece-
rit deponat et oibus diebus vite sue igno-
miniosus p^regrinando p^rgat. **Q**uod nō di-
ctum est vt penitens eligat sacerdotē scien-
tem ligare 7 solvere. videtur contrariuz ei
q^uod in canonibus reperitur. vt nemo scz alte-
rias parrochianū iudicare p^rsumat. S^{ed} ali-
ud est fauore vel odio p^rrium sacerdotem
cōtemnere q^uod canones p^rhibent. aliud ce-
cum vitare. quod Urbanus facere monet
ne si cecus cecū ducat ambo in foueam ca-
dant. **A**it enī Urbanus scōs. **P**lacuit vt
nulli sacerdotum deinceps liceat quēlibet
cōmissum alteri sacerdoti ad penitentiam
suscipere. sine eius consensu cui se prius cō-
missus est. **Q**ui vero contra hoc facere tem-
ptauerit. gradus sui periculo subiacebit.

Ista est distinctio. xxi. hui^{us} quar-
ti libri. In q^uā magister post q^uod egit de t^{em}p^{or}e penitētie.
Dic^{it} monet quasda^m questiones circa determinata 7
soluit. Et circa hoc duo facit. **P**rimo enim querit an
etiā aliqua peccata dimittant^{ur} post h^{anc} vitā. **S**ecū-
do ostendit quōd mortale remittat^{ur} cū nō habe-
tur. **P**rimū facit vsq^{ue} ibi. **P**ost hec considerandū est
Scōm vsq^{ue} ad finē d^{omi}. In speciali s^ua magistri s^unt
in tribus p^rpositionib^{us} quarū prima est hec. **M**agi-
ster hoc attestat q^uod p^rctis veniale etiā post h^{anc} vitā re-
mittatur. **H**anc magister insinuans q^uerit. **U**truz post
hanc vitā etiā aliqua peccata dimittant^{ur}. **E**t rōndet q^u
sic p^r autoritate d^{omi} dicentis aliqua peccata nec hic
nec in futuro remitti. **E**t p^r autoritatē Gregorij dicē-
tis quasda^m culpas in futuro remitti q^uosda^m si tamē
hec meruerint in hac vita. **E**t p^r autoritatē Aug^{ustini}.
dicentis eos qui edificat lignū fenū et stipulā. 7 q^uo ve-
nialia peccata secū portant. p^r ignē purgatorij salua-
ri quo ista peccata cremabunt^{ur}. **P**ostea dicit q^uod ille ig-
nis purgatorij quosda^m tard^{ius} quosda^m citius purgat.
S^{ed} q^uo aliqui magis vel minus bona corporalia iⁿ hac
vita dilexerunt. vñ gradus dilectionis notant^{ur} p^r hec
tria. s^{ci} lignū fenū 7 stipulā. **I**lli t^{em} qui sup^{er}edificat au-
rū argētū 7 lapides p^rciosos. tam ab igne eterno q^u
purgatorij securi sunt. **P**ostea obijcit p^rtra predicta
hoc mō. **S**i p^r lignū fenū et stipulā intelligunt^{ur} venia-
lia. cū nullus sit sine venialibus. ergo nullus est qui
ista nō edificet. 7 ita etiā vtri p^rfecti q^uo edificant aurū
argētū 7 lapides p^rciosos. edificabūt lignū fenū et
stipulā. **E**t q^uo alij sunt qui edificant lignū fenū et sti-
pulā sicut im^{per}fecti. qui q^uis deus contemplant^{ur} 7
p^rimū diligant 7 bona opa faciūt t^{em} nō dicunt^{ur} sup^{er}
edificare aurū argētū et lapides p^rciosos p^r q^uo p^redi-
cra tria intelligunt^{ur}. q^uo nō habent hec tria excellent^{er}
sed cū aliquo inordinato amore rerum tp^{or}aliū. **A**lij
nō sunt qui edificant aurū argētū 7 lapides p^rci-
osos. sicut p^rfecti q^uo q^udem intenti sunt cōtemplationi
dei q^uo intelligit^{ur} per aurū. 7 dilectioni p^rimi que itelli-
gitur per argētum. et ceteris bonis operibus que
intelliguntur per lapides p^rciosos **I**sti edificare di-
cuntur non lignum fenū et stipulam. sed imperfe-
cti qui simul cum deo cogitant que sunt mundi edifi-
cat lignū fenū 7 stipulā. et cū talib^{us} edificijs trāsēit

et tremabuntur igne purgatorij. Licet transitorie ta-
men grauitur puniant. Dic enim misericordia exhibe-
tur. illic iusticia exercebitur. Secunda oppositio est hec.
Sicut p generalē confessionē et veraz contritionē ve-
niale delect sic etiam mortale cuius nō habetur noti-
cia etiam si non recitet. Hanc magister insinuat que-
rit. si confessio pfit si in ea singula peccata exprima-
tur. Et respondet q singula peccata mortalia quo-
rum quis memoriā habet debet singulatim simul in
pessione exprimere. sed quoz memoriā nō hz opoz
tet saltem generaliter confiteri. venialia autē quia
innumerabilia sunt oportet et sufficit ea generaliter
confiteri. Cū subdit q confessio generalis fit in eccle-
sia per quam remittunt peccata venialia et etiā mor-
talia quoz memoriā non habemus. Addit etiā
am q sicut penitens non debet peccata celare que se-
cit quozum scz habet memoriā. ita debet attendere
vt peccatū non constiteat quod non fecit. quia sic mē-
tietur et peccaret. Ultimo dicit q sacerdos debet oī-
bus modis peccata confitentū celare. quod si nō fe-
cerit deponendus est. addit etiā q penitens nūq̄ dz
pprium sacerdotem dimittere nec sacerdos quicum-
q̄ aliquem alteri sacerdoti commissum ad penitenti-
am suscipere debet. tñ ppter ignorantiaz ppriū sacer-
dotis potest penitens querere discretū sacerdotem.
Et tñ in speciali.

Si peccata dimissa redeant. a

Unqz mul-

tis autoritatibus supra sit as-
sertū in vera cordis contritio-
ne pctā dimitti an pessionem

vel satisfactionē ei etiā q aliqui in crimē re-
lapsurus est: q̄rif. Si post cordis cōtriti-
onem cōfiteri p̄tēperit. vel in pctm̄ idēz vel
sile ceciderit. an peccata dimissa redeant?
Lui? questionis solutio obscura est et per-
plexā. alijs asserētib? alijs ecōtra negātib?
pctā se dimissa vltē replicari ad penam.
Qui x̄o dicit pctā dimissa redire. subdit
semuniunt testimonijs. Amb. ait. Donate
inuicem si alter in alterū peccat. alioq̄n de-
us repetit dimissa. Si em̄ in his p̄temptus
fuerit sine dubio reuocabit sniam p quam
misericordiā dederat. sic in euāgelio de ser-
uo nequā legif. qui in p̄seruū suūz impius
deprehēsus est. Item Raba. Nequā suū
tradidit deus tortoribus quoadusq̄z red-
deret vniuersum debitum. qz nō soluz pec-
cata que post baptismū homo egit reputa-
buntur ei ad penā. sed etiā originalia que
in baptismo sunt ei dimissa. Item Grego.

Ex dictis euangelicis constat. qz si ex cor-
de nō dimittimus. quod in nos delinquit
et hoc rursum exigit qd iam nobis p peni-
tentiā dimissum fuisse gaudebamus. Item
Aug? Dicit deus. dimitte et dimitte tibi
s ego prius dimisi. dimitte vel postea. Nā
si non dimiseris reuocabo te. et quicqd di-

miseram replicabo tibi. Item. Qui diuini
beneficij oblitus suas vult vindicare iniu-
rias. non solū de futuris peccatis veniam
non merebitur. sed etiaz p̄terita que iam si
bi dimissa credebat. ad vindictā rei replica-
bunt. Itē Beda. Reuertar in domū meā
tē. Timendus est ille versiculus nō expo-
nendus. ne culpa quā in nobis extinctam
credebamus. p incautelā nos vacātes op-
primat. Itē. Quicumq̄ em̄ post baptisma
sue prauitas heretica seu cupiditas mun-
dana arripuerit. mox oīm p̄sternet in ima-
vitiōz. Item Aug. Redire dimissa pctā.
vbi fraterna charitas nō est: aptissime do-
minus in euāgelio docet. in illo suo a quo
dimissum dñs debitū petijt. eo q ille cōser-
uo suo debitum nollet dimittere s̄dis auto-
ritatib? innitunt q dicunt pctā dimissa si re-
plicānt redire simplr. Quibus opponitur

Beda sup Lu-
cam.

Oppositio cō-
tra eos.

Aug. in li. de
baptismo.

Si q̄s p pctō de quo penituit et indulgen-
tiam accepit iterū puniē. nō videt iustum.
Si puniatur p eo qd peccauit et nō emēda-
uit: iusticia est apra Si vero req̄rif qd fue-
rat condonatum: vel iusticia nō est. vel iu-
sticia est occulta. Videtur etiā deus bis in
idipsum iudicare. et duplex tribulatio con-
surgere. quod scriptura negat Sed ad hoc
potest dici. q neq duplex tribulatio p̄sur-
git. neq iudicat deus bis in idipsum. hoc
em̄ fieret si post condignam satisfactionem
et sufficientem penam iterum puniret. sed
non satisfecit digne et sufficienter. qui nō p
seuerauerit. Debuit em̄ iugem peccati ha-
bere memoriā. non ad faciendum. sed ad
cauendum. debuit nō obliuisci omnes tribu-
lationes dei. que tot sunt q̄t sūt peccatoruz
remissiones. Tot q̄ debuit cogitare dona
dei. quot mala sua. ac pillis vsq̄ in finem
gras agere. Sed qz ingratus ad vomitum
sicut canis redijt. antea bona mortifica-
uit. et peccatuz dimissum reuocauit. vt cui
hūiliato an̄ deus peccatū dimiserat. eidez
postea elato et ingrato imputet.

Aliorum sententia. b

Sed quia absōnū

videt vt pctā dimissa iterū imputent. pla-
cet quibusdam neminem p peccatis semel
dimissis iterum a deo puniri. Sed ideo di-
cunt dimissa redire et imputari. quia pp̄
ingratiudinē ita reus et peccator cōstitui-
tur. vt ante fuerat. Si em̄ quod dimissum
fuerat dicit exigi. quia remissionis p̄cepte
ingratus. ita reus fit. vt ante fuerat. Utri-

.XXII

toz statib?
uit pecca-
redire.

reg. in ome
quadā.

q̄ p̄ti questionis probati fauent doctores
Ideoq̄ alicui p̄ti non p̄iudicans studio
so lectori iudicium relinquo. addens mihi
tutū fore. ac saluti p̄p̄inquo. sub mensa do
minorum micas edere.

Quid sit hic sac̄m̄ ⁊ res. c

Post p̄dicta restat

inuestigare q̄d i actiōe p̄nie sit sac̄m̄ ⁊ res
Sac̄m̄ em̄ signū est sac̄re rei. Quid ḡ hic
signū ē. ⁊ q̄ ē res sac̄ra hui⁹ signi? Quidaz
dicūt sac̄m̄ h̄ esse q̄d exteri⁹ tñ gerit. s. ex
terior: p̄nia que est signū interioris p̄nie. s.
p̄ritiōnis cordis ⁊ humiliatiōis. Ad h̄ ē:
nō omne sac̄m̄ eu āgelicū id efficit q̄d figu
rat. Exterior: em̄ p̄nia nō efficit interiorē
potius interior: causa est exterioris. Sz
ad hoc inquit illi hoc esse intelligendū
d̄ illis sacramentis que in nouo testō insti
tuta sunt. vt est sac̄m̄ baptisimi. p̄firmatio
nis ⁊ corpus x̄pi. Sacramentū h̄o p̄nie sic
et coniugii ante t̄ps gratie etiam a primor
dio humani generis fuit. Utrūq̄ em̄ insti
tutū fuit in primis parētibz. Itē Si exte
rior: p̄nia sac̄m̄ est. et iterior: res sac̄m̄
ti. sepius p̄cedit res sac̄m̄ q̄ sac̄m̄ rē. Sz
nec hoc in cōueniēs est. Nā ⁊ in alijs sac̄ra
mentis que efficiunt q̄d figurant. hoc sepe
p̄tingit. Quidā autē dicunt exteriorēz peni
tentiam ⁊ iteriorē esse sac̄m̄ nec duo sac̄ra
m̄ta. sed vnū. vt species panis et vini. nō
duo sunt sacramenta sed vnū. Et sicut in
sac̄o corpis. ita etiā in hoc sac̄o dicūt ali
ud esse tñ sac̄m̄. scz exteriorē p̄niam. ali
ud sac̄m̄ ⁊ rē. s. interiorē p̄niam. aliud rē et
nō sac̄m̄. scz remissionē peccatorū. Interio
r: em̄ p̄nia ⁊ res ē sac̄i. i. exterioris penitē
tie. ⁊ sac̄m̄ remissionis peccati. quam et si
gnat ⁊ facit. Exterior: quoq̄ p̄nia ⁊ interio
ris signū est. ⁊ remissionis peccatorū.

Alloz snia.

Ista est distinctio. xxij. hui⁹ quar
tū libri. In qua magister post q̄ egit de t̄pe p̄nie. Die
determinat quedā que p̄tinent ad effectūz e⁹ que est
remissio peccatorū. Et tria circa hoc facit Primo em̄
inquit vtrū peccata in cōtritiōe dimissa cōfessione
sequenti om̄issa vel cōtempta redeant. Sec̄do quid i
hoc sac̄o sit res ⁊ q̄d sac̄m̄ fm̄ quosdā manifestat.
Tertio quō p̄nia exterior ⁊ interior vnū sit sac̄amē
tū fm̄ alios insinuat. Primū facit a principio dif. vt
q̄ ibi. Post p̄dicta. Sc̄m̄ vsq̄ ibi. Quidam autē
dicūt. Tertū vsq̄ ad finē distinctionis. In sp̄ali sen
tentia magistri stat in tribus p̄positionibus quarū
prima est hec. Quidaz dicunt peccata semel dimissa
p̄ gratie p̄ditiōē iterū ad penam replicari. sed alijs
placet h̄m̄di p̄ctū iterū a deo non imputari. Nāc ma
gister insinuans. p̄ponit p̄mo vtrū dimissis peccatis

in cōtritiōe si h̄o postmodū p̄terit cōtemptat vel in
p̄stina p̄ctā vel in cōsimilia p̄ctā incidat. an p̄ctā p̄us
dimissa redeat. Postea t̄git circa hoc diuersas opi
niones. Quidā em̄ dicūt ea redire ⁊ adducunt para
bolam de seruo nequā a quo videtur vn̄uersūz debi
tū etiā p̄tū dimissum exactū esse. tangunt etiā in li
tera plures autoritates que faciūt ad p̄positū. Sed
p̄tra hoc opponit. nō em̄ videt iustum vt p̄ peccato
quo q̄s semel iudicat. ⁊ itez iudicet. Et respondet
q̄ p̄pter hoc nō bis sup eodē p̄ctō iudicat. q̄ nō p̄fe
cte penituit cū nō indigne p̄soluit ⁊ ingratus fuerit.
Alloz opinio est q̄ p̄ctā dimissa an nō redeat iterūz
nisi p̄pter ingratitudinē. p̄tē ingratitudinē em̄ q̄s re
uo constituit sicut an fuerat ac si peccata rediret p̄i
stina. Postea magister a determinatiōe hui⁹ questio
nis cessat ⁊ se excusat relinquens studiū eius studio
se lectori. eo q̄ vtraz opinionūz doctores fauentes
habet. Sc̄do p̄positio est hec. In sac̄o penitentię
penitentię exterior est sac̄m̄. interior autē res sac̄ra
menti. Nāc magister insinuans querit cū sac̄ramen
tum sit sac̄re rei signum. quid in p̄nia sit sacramentū
et quid res. Postea soluit fm̄ opinionē aliquoz dice
tium exteriorē esse sacramentū interiorē em̄ rē
sac̄ramenti. Contra q̄d statim opponit q̄ sac̄ramēta
noue legis efficiūt q̄d figurāt. exterior autē p̄nia nō
efficit interiorē ergo non est sac̄m̄. Et fm̄ opinionē
eorum r̄idet dicens q̄ verū sit de illis sacramentis q̄
i noua lege instituta sunt. vt baptisimus p̄firmatio et
corpus x̄pi. p̄nia autē non est talis q̄ in primis paren
tibus fuit. et temporibus eozū instituta sicut ⁊ matri
monium. Obijcit etiā alio modo q̄ sacramentūz de
bet p̄cedere rē. p̄nia autē exterior: non p̄cedit interi
orē vt sepius. Et respondet q̄ etiā in alijs sac̄ramen
tis sepe p̄cedit res sacramentū sicut econuerso vt in
adultis contritis gratia ante baptisimūz cōferit. Ter
tia p̄positio est hec. Alij dicunt t̄ exteriorē penitē
tiam esse sac̄m̄ q̄ interiorē. tñ non eē duo sacramen
ta. sed vnū completū Nāc em̄ p̄positionem p̄po
nens soluit questionē p̄missam fm̄ aliozū opinionem
qui dicunt t̄ exteriorē q̄ interiorē vnū eē sac̄ramē
tū sicut species panis et vini non duo sunt sac̄ra sed
vnū. Exterior autē p̄nia est tñ sac̄m̄. Interior autē
est res ⁊ sac̄m̄ remissio autē peccatorū est tñ res. ⁊ sic
tria sunt in hoc sac̄o sicut sunt in alijs sacramentis.
Et tñ in speciali.

De sac̄o vinctiōis extreme. a

Alter p̄mis

sa est etiā aliud sacramentum
scz vinctio infirmozū que fit i
extremis oleo p̄ p̄ctū cōsecra
to. Et sunt tria genera vinctiōis. Est enim
vinctio que fit crismate. que d̄: principalis
vinctio. q̄ in eā principaliter paraclet⁹ da
tur. Unde et p̄pter abundantiam gr̄e du
os liquores mixtos habet. oleū scz ⁊ balsa
mum. oleum conscientie. balsamum fame.
Crisma vero grece vinctio latine d̄. Nec ta
mē omne oleū ad vinctiōem sanctificatum
crisma vocatur. sed illud solum q̄d miscef
cum balsamo. quo capita regum et pontifi
cum vngunt. quo etiā baptizatos sacer
dos vngit in vertice. et pontifex p̄ imposi

DI. XII

De tribz
neribz
mis.

tionem manus confirmandos vngit i frō/te. Est et alia vntio qua cathecumini et neophici vnguntur in pectore et inter scapulas. in perceptione baptismi. Tertia vero vntio est que dicitur oleum infirmorum. de qua nunc agitur.

De quibus institutum sit hoc sacramentum.

Hoc sacramentum vntionis infirmorum ab apostolis institutum legitur. ait enim Iacobus. Infirmatur aliquis i vobis inducat presbyteros ecclesie. et orent super eum vngentes eum oleo in nomine domini et alleuiabit eum dominus et si i peccatis fuerit. dimittentur ei. In quo ostenditur duplici ex causa sacramentum institutum. scilicet ad peccatorum remissionem. et ad corporalis infirmitatis alleuiationem. Unde constat eum qui hanc vntionem desiderat deuoteque percipit. et in corpore et in anima alleuiari. si tamen expedit vt in vtroque alleuietur. et si forte corporis validitudo illi habere non expedit. illam que est anime sanitatem in hoc sacramento acquirit. Et sicut in alijs sacramentis ita et in isto. aliud est sacramentum. aliud res sacre. Sacramentum est ipsa vntio exterior. res sacramenti vntio interior que peccatorum remissione et virtutum ampliatione perficitur. Et si ex contemptu vel negligentia sacramentum hoc pretermittitur periculosum est et damnabile.

De iteratione huius sacramenti.

Querunt aliqui si

hoc sacramentum iterari possit. cum baptismus et alia quedam sacramenta semel suscepta non iterentur. Augustinus dicit. sacramentum non iterandum et sacramento non faciendam esse iniuriam. sed hoc dicit vbi ait de sacramento baptismi et ordinationis. Non videtur illud generaliter accipiendum. sed de sacramento baptismi et confirmationis et ordinationis. que nullatenus sunt repetenda. quia semel tantum et non sepius datur baptismus et confirmatio et ordinatio. Sacramentum vero altaris et penitentiae et coniugii sepe iterari videtur. quia sepe sacramentum corporis percipitur. frequenter penitentia agit coniugium sepe contrahitur. Quare ergo vntio similiter non potest iterari? Si morbus non reuertitur. medicina non iteretur. Si vero morbus non potest cohiberi. quare

medicina debet prohiberi. Sicut oratio iterari potest ita et vntio iterari posse videtur vtrique enim illic commemorat. Iacobus. et vtrique illic cooperatur ad ferendam alleuiationem corporis et anime. Cur ergo negatur vntionem super infirmum posse iterari ad impetrandam sepius sanitatem mentis et corporis. cum propter idem sepe iteranda sit oratio? Quidam autem de omni sacramento intelligi volunt quod non sit iterandum. scilicet in totum illud quod pertinet ad sacramentum. dicentes quedam sacramenta sepius posse suscipi. quedam vero non. Nec tamen que sepius sumuntur. totaliter iterantur vt sacramentum altaris et vntionis. que licet sumantur sepius. tamen quia non iterum benedicuntur eadem hostia vel idem oleum. non iteratur sacramentum cum iniuria. Sed dicit quis sic et baptismus non iteratur. et si aliquis frequenter baptizetur dum eadem a qua non iterum benedicatur? Sed aliud est inquit illi de benedictione aque qua fit baptismus. aliud de benedictione panis et olei. Potest enim baptismus celebrari in aqua etiam non benedicta. quia illa benedictio per reuerentiam tantum fit et decore. non virtute sacramenti. Sed corpus christi non potest confici nisi de pane consecrato nec vntio illa fieri potest nisi de oleo ab episcopo consecrato. Ideoque illa sanctificatio ad virtutem sacramenti pertinere videtur. In coniugio quoque semel tantum benedicuntur quisque non sepius. Benedicuntur enim. vt ait Ambrosius. cum prima et non secunda vxore. Si ergo cum dicitur sacramentum non esse iterandum. nec iniuria ei esse faciendam. rationem dicti referas ad satisfactionem rei qua sacramentum expletur. de omni sacramento generaliter id verum est. Si vero ad susceptionem sacramenti. de quibusdam verum est quod non iterantur crebra susceptione. de alijs vero quibusdam non quia frequenter sumuntur. vt hoc vntionis sacramentum quod in omni pene ecclesia sepe repetitur.

Ista est distinctio. xxiij. huiusmodi quatuor libris. In qua magister postquam determinauit de baptismi quod est sacramentum intratum. et de confirmatione. eucharistia et penitentia que sunt sacramenta per gradum. Hic vero terminat de extrema vntione que est sacramentum ex euntium. Et tria circa hoc facit. Primo enim quod sit hoc sacramentum. manifestat. Secundo ostendit quod efficiatur. Tertio suadet ne quis ipsum ex contemptu et negligentia pretermittat. Primum facit a principio distinctio. vsque ibi. Hoc sacramentum vntionis. Secundo vsque ibi. Querunt aliqui si hoc sacramentum. Tertium vsque ad finem dist. In spali sententia magistri stat in tribus propositionibus quarum prima est hec. Extreme vntionis infirmorum que fit in oleo consecrato per manus episcopi

AB

sunt tria genera iuxta dicta magistroꝝ. Hancm̄ insinuans dicit p̄mo q̄ sac̄m̄ extreme vnctiōis sit oleo p̄ eōm̄ p̄secrato. Et tangit triplex genus vnctionis. Est em̄ quedam vnctio principalis que sit ch̄ismate et oleo. s. mixto balsamo. et tali vnctione vnct̄ reges et pontifices in capite. p̄firmādi aut̄ in frōte. baptizandi aut̄ in vertice. Alia est vnctio qua vnct̄ur cathecumini iter scapulas. Tertia est vnctio qua vnct̄ur infirmi. et de hac ad p̄is agitur. et de due sunt simplici oleo b̄ndictio. Postea dicit hoc sac̄m̄ institutū fuisse ab ap̄lis vt dicit. b. Jacob⁹ in canonica sua. c. ij. Sc̄da p̄p̄o est hec. Hoc sac̄m̄ duplici d̄ cā ab ap̄lis est institutū. s. ad pctōꝝ remissionē et ad corporalis infirmitatis alleuationē. Hanc m̄ḡ insinuans dicit hoc sac̄m̄ institutū fuisse ad duplicem effectū. ad sanitatē aīe et corpis. q̄ tñ nō expedit hōi vt sp̄ alleuet̄ corporaliter. ideo nō sp̄ hoc sac̄m̄ sanitatē acquirit. q̄ hoc sac̄m̄ deuote et fideliter recipit. Postea ponit hui⁹ sac̄m̄ p̄firmatē ad alia. Nā in hoc sacramento est aliquid q̄ est sac̄m̄ tñ. vt est extrema vnctio. et aliqd̄ q̄ res sac̄e. vt interior vnctio. i. peccatoꝝ remissio. et virtutū appositio. et ideo hoc sac̄mentū cōtemnere vel negligere p̄iculosum est. Tertia p̄positio est hec. Hoc sacramentū ex cōtemptu et negligētia nō p̄mittat̄ nec ip̄m̄ reiterat̄ nisi morib⁹ reuertat̄. Duius p̄positiōis p̄ma p̄o patet ex p̄missis. sc̄dam magister insinuans querit. Utrū hoc sac̄m̄ possit reiterari. Et oñdit p. b. Aug. q̄ nō. q̄a in iuriam facit sac̄o q̄ reiterat sac̄m̄. et sic r̄ndet q̄ Aug. loquit̄ tñ de tribus sac̄is. s. de baptisimo. cōfirmatiōe et ordine que nullo mō iterāda sunt. Alia v̄o septi⁹ iterari p̄nt. vt eucharistia. p̄nā. et m̄rimonium. quare etiā vnctio iterat̄. si em̄ moribus iterat̄ et vnctio q̄ est medicina morbi iterat̄. Et tñ in sp̄ali.

De ordinibus ecclesiasticis.

DI. XX/ III

Hinc ad con-

siderationē sacre ordinatiōis accedamus. Septē sunt spiritualium officioꝝ gradus siue ordines sicut ex sanctorū patrum dictis apte tradit̄. et capitis nostri. s. iesu xp̄i exemplo monstratur. qui omniū officia in se metipso exhibuit. et corpi suo q̄ est eccl̄ia eosdem ordines obseruādos reliquit. Septem autē sunt p̄pter septiformē gratiam sancti spiritus. cuius qui nō sunt p̄cipēs ad gradus ecclesiasticos indigne accedūt Illi v̄o in quoz̄ mentibus diffusa est septiformis gratia spiritus sancti. cum ad ecclesiasticos ordines accedunt. in ipsa spiritualis gradus promotione amplioꝝ gratiā percipere credunt̄.

Quales assumendi sunt ad clerum.

Tales autē ad ministeriū spirituale eligendi sunt clerici.

q̄ digne possint dominica sacramenta tractare. Melius est em̄ domino sacerdoti pau-

cos habere ministros qui possint digne opus dei exercere. q̄ multos inuitiles qui ordinari graue onus inducant. Tales enim decet esse ministros christi qui septiformis gratia spiritus sancti sint decorati. ex quoz̄ doctrina et p̄uerfationis forma eadez gratia in alijs transfundat̄. ne celestes margaritas spiritualium verborū officioꝝ graduum diuinoꝝ sordide vite pedibus conculcent. In sacramento ergo septiformis spiritus. septem sunt gradus ecclesiastici. sc̄z hostiarū. lectores exorciste. acoliti. subdiaconi. diaconi. sacerdotes. Dēs tñ clerici vocont̄. i. sortiti. Corona em̄ signacūm est quo signant̄ in p̄te sort̄ ministerij diuini. Corona regale decus significat. et seruire deo regnare ē. Nā ministri ecclesie reges esse debent. vt se et alios regant. quib⁹ pertrus ait. Vos estis genus electū. regale sacerdotiū etc. Summitas capitis desuper n̄ datur. vt eorum mens ad dñm̄ libera mōstret̄. que reuelata facie gloriā dei p̄templetur. Summitas em̄ capitis est eminentia mentis. denudatio capitis est reuelatio mentis. Clericus em̄ secretorū dei nō ignarus esse debet. Tondent̄ etiam capilli vsq̄ ad reuelationē sensuum sc̄z oculoꝝ et aurium. vt vicia in corde et ope pullulātia doceant̄ p̄cedenda. ne ad audiendū et intelligendum verbum dei p̄pediatur mēs. p̄ quo seruato. reddetur in excelsis corona. Tonsure autem ecclesiastice vsus a nazareis exortus videtur. qui prius crine seruat̄. deinde ob vite continentiaz caput radebant. et capillos in igne sacrificij ponebant. hinc vsus inoleuit vt qui diuinis cultib⁹ mancipant̄. quasi nazarei id est sancti crine posito inueniantur. Sicut ad ezechielē dicitur. Fili hominis sume gladium acutum et duc super caput tuum et barbā. In actibus etiam apostolorū p̄scilla et aculam hoc fecisse legimus. Paulus quoq̄ et alij quidam discipuli christi hoc fecerunt. Recte ergo in quibuslibet gradibus constituti clerici vocantur. quoz̄ nomina et rationes nominum Isidorus exponēs ait. Cleros et clericos hinc appellatos esse credimus. quia Obathias electus est sorte. quem primum per apostolos legimus ordinatum. Clerus em̄ grece. latine sortis vel hereditas dicitur. Ideo ergo dicti sūt clerici. quia de sorte sunt domini. vt quia deum partem habent. Generaliter vero clerici nuncupati sunt omnes qui in ecclesia dei seruiunt. quoz̄ gradus et nomina sunt

Quare septē sunt.

Clemēs pa.

De coronatione.

3ff. in li. 1. de tribus.

hec. hostiarius. lector ꝛc.

De hostiarijs.

Hostiarij idēz etia

idors. niores sunt qui in veteri testō electi sūt ad custodiam templi vt nō ingredere in illō immundus. Dicti autē hostiarij eo q̄ presunt hostijs templi. Ipsi enī tenētes clauē omnia intus et extra custodiūt. atq̄ inter bonos et malos habentes iudiciū. dignos recipiunt. indignos respuunt. An̄ ꝛ eis cū ordinant̄ clauē ecclesie dant̄ ab ep̄o. Et dicitur eis. Sic agite tanq̄ rationem deo reddituri pro rebus que clauibus istis recludunt̄. Hoc officiū dñs in sua p̄sona suscepit qñ flagello de funiculis facto vēdētes et ementes eiecit de templo. Ipse enim se hostiarium significans dicit. Ego sum hostium per me si quis introierit saluabit̄ et ingrediet̄ et egrediet̄ et pasca inueniet̄.

De lectoribus.

Secundus est gra

idors. dus lectorꝝ. lectores a legēdo sicut psalmiste a psalmis canēdis vocati sunt. Illi ei predicant̄ p̄lis quid sequant̄. isti cantant̄ vt excitent ad compunctionē animos audientiuꝝ. licet quidam lectores ita miserabiliter p̄nunciant. vt quosdā ad luctū lamentationemq̄ cōpellant. Idē etia p̄nunciatōres vocant̄ q̄ porro an̄ nunciāt. q̄ tā erit clara eorꝝ vox. vt etiā longe positōrꝝ aures adimpleant. Ad lectores autem p̄tinet lectiones p̄nunciare. ꝛ ea que p̄phete nunciauerūt p̄lis p̄dicare. vt iā ex officio in ecclesia legant̄ p̄phetias et lectiōes. vñ et ei vidēte populo tradit̄ ab ep̄o codex diuinarū lectionū. et dicit̄ ei. Accipe et esto verbi dei relator. habiturus si fideliter impleueris officiū. p̄tem cum his qui bene v̄bum dei ministrauerunt. Qui ad hūc gradum p̄uehit. litterarꝝ scientia debet esse instructus. vt sensum verborum intelligat. vim accentū sciat. distincte legat. ne confusione plationis intellectū auditoribꝝ auferat. Attendat quid indicatiue. quid iterrogatiue sit legendū. vbi sit in orōne faciēda distinctio. Hec enī male seruata. intellectu turbant et alios ad risum puocant. auribus et cordi consulere debet vox lectoris. Hoc officiū impleuit x̄ps cū in medio seniorum libꝝ Esaię ap̄iens. disticte ad intellegendū legit. spiritus dñi sup me ꝛc. Ex q̄

lectoribꝝ datur intelligi q̄ gratia spiritua li clarere debent qui alijs verbū dei annūciant. Hic ordo formā et iniciū a p̄phetis accepisse videt̄. quibꝝ dicit̄. Clama ne cesses quasi tuba exalta vocem tuam.

De exorcistis.

Tertius ē ordo ex

orcistarū. Exorciste autē ex greco in latinū adiurantes vel increpātes vocant̄. Inuo Idors. cant enī super cathecuminos et super eos qui habent spiritum immundū nomē dñi adiurantes p̄ eum vt egrediat̄ ab eis. Ad exorcistas pertinet exorcismos in memoriter retinere. manusq̄ sup energuminos et cathecuminos in exorcizādo imponere. Debet autē habere spiritum mundum qui spiritibus immundis imperat. et malignū expellere de corde suo quem expellit de corpore alieno. ne medicina quā alij facit sibi n̄ p̄sit. et dicat̄ ei. medice cura teip̄m. Hi cū ordinantur accipiunt de manu ep̄i libꝝum exorcismorum ꝛ dicitur eis. Accipite ꝛ habetote potestatem imponendi manus sup energuminos vel cathecuminos. Hoc officio vsus ē dñs qñ salua sua tetigit aures ꝛ linguam surdi et muti dicens. Effeta. q̄ est ad ap̄ire. p̄ hoc docēs nos spiritualiter debere ap̄ire aures p̄cordioꝝ hoim ad intelligendum. et ora ad cōfidendū. vt pulso demone: spiritus sanctus vas suum recipiat. Hoc etiā officio vsus est x̄ps cū de moniacos multos sauanit. Hic ordo a Salomone videtur descendisse qui quendā modum exorcizandi inuenit quo demōes adiurati ex obsessis corporibus pellebantur. Huic officio mācipati exorciste vocati sūt. De quibus christus in euangelio. Si ego in beelzebub eicio demonia. filij vestri. scz exorciste in quo eiciunt.

De acolitis.

Quarto loco succe

dunt acoliti. Acoliti v̄o grece. latine ceroferrarij dicuntur. a deportandis cereis qñ legendū est euangelium vel sacrificiū offerendum. Tunc enī accēduntur luminaria et deportantur ab eis. nō ad effugādas aeris tenebras cū sol eo tpe rutillet. sed ad signum leticie demonstrandum. vt sub typo luminis corporalis. illa lux ostendat̄ de q̄ legitur. Erat lux vera que illuminat oēm ho. vt. in hūc mūdū. Ad acolitū p̄tinet p̄

paratio luminarium in sacrario. Ipse cereum portat. ipse viceolum cum vino et aq̄ suggesta. p̄ eucharistia subdyaconis p̄parat. h̄ij cum ordinantur cum edocti fuerit ab ep̄o qualiter in officio suo agere debeant. ab archidyacono accipiunt candelabrum cum cereo. et viceolum vacuū. h̄o c̄ officium dominus se habere testatur dicens Ego sum lux mundi. qui sequitur me nō ambulat in tenebris. h̄uius officij formā illi gerebant in veteri testō q̄ lucernas candelabri componebant et accēdebant igne celesti. ad illuminandas tenebras aquilonares.

De subdyaconis. S

Quintus ordo sub

dyaconorum. Græce hypodyacones vocantur. Quos nos subdyacones dicim⁹. Qui ideo sic appellantur. q̄a subiacent p̄ceptis et officijs leuitarū. Oblationes enī in templo a fidelibus suscipiunt. et leuitis superponendas altaribus deferunt. h̄i ap̄d hebreos nathinnci vocabantur. i. in humilitate domino seruietes. Ad subdyaconuz pertinet calicem et patenam ad altare christi deferre et leuitis tradere eisq̄ ministrare. Urceolum quoq̄ et aquamanile et manutergium tenere episcopo et presbiteris et leuitis pro lauandis ante altare manibus aquam p̄bere. h̄is lex continentie imponitur. quia altari p̄pinquantes vasa corporis et sanguinis christi portant. An illud implere debent. Mundamini q̄ fertis vasa domini. Ad hos etiam pertinet tantum de oblationibus ponere in altari. quantum sufficere possit populo. nec nō corporales et pallas et substratoria lauare. h̄ij cū ordinantur accipiūt de manu episcopi patenā et calicē vacuum. ab archidyacono vō viceolum cū aquamanili et manutergium. hoc officio vsus est dñs quando lintheose percinxit. et mittens aquā in peluim. pedes discipulorum lauit et lintheo tersit.

De dyaconis. b

Dyaconorum ordo

sextus tenet locuz p̄pter senarij p̄fectionem. h̄ic ordo in veteri testamento a tribu leui nomen accepit vel traxit. Dicunt enim et leuite. p̄cepit quippe dñs moysi vt post ordinationem aaron et filiorum eius. pro suis tribus leui ad diuini cultus ministeria

ordinarentur et consecrarentur domino. et seruirent p̄ israel coram aaron et filijs eius in tabernaculo. Ipsiq̄ gestarent arcam et tabernaculum et omnia vasa eius. et in circuitu tabernaculi excubaret. et in trasportando tabernaculo ipsi deponeret rursusq̄ cōponerent. A viginti vero annis et supra iussi sunt seruire in tabernaculo. quam regulam in nouo testamento sancti patres constituerunt. q̄ hec etas ad ferenda onera est robusta. Leuite ergo ex nomine auctoris vocati sunt. De leui enī leuite exorti sunt a quibus in templo mistici sacramenti misteria explebātur. h̄ij græce dyacōes latine ministri dicuntur quia sicut in sacerdote consecratio. ita in dyacono ministerij dispensatio habet. Ad dyaconum p̄tinet assistere sacerdotibus et ministrare in omnibus que aguntur in sacramente christi sc̄z in baptismo. in crismate. in patena et calice oblationes quoq̄ inferre et disponere in altari. Componere etiam mensas domini et vestire. crucem ferre. et predicare euāgelium et epistolam ad populum. Nam sicut lectoribus veteri testamento. ita dyaconibus nouum predicare p̄ceptū est. Ad ipsum etiam pertinet officium precū et recitatio cathecuminozum nominum. Ipse p̄monet aures habere ad dominum. ipse donat pacem. et ipse annunciat. Quod auctez huic ordini a Moyses statutus est. hoc etiam in nouo testamento representat. cuius dyacono super leuum humerum stola ponitur. et casula in diebus ieiunij complicatur. quia quicquid laboris et sustinētie in hac vita toleratur. quasi in leua portatur donec in dextera. id est in eternitate requies habeatur. h̄ic ordo ab apostolis celebratus est. quādo vt legitur in actib⁹ apostolorum septem viros plenos spiritus sancto ad hoc officium elegerunt. et oratione premissa manus eius imposuerunt. Unde et consuetudo inoleuit vt in omni matrice ecclesia septem dyacones circa christi arā quasi septem colonne assistant. h̄i sunt septem angeli tuba canentes in apocalipsi. Qui quales esse debeant apostolos docet thimotheo scribens. h̄i cum ordinant solus episcopus eis manū imponit. quia ad ministerium applicantur. ponit eis orarium id est stolam super leuum humerum. vt p̄ hoc intelligant se accepisse iugum domini suauē. quo ad sinistram pertinentia. diuino timori subijciant. Accipiunt et textum euangelij. vt intelligāt se esse p̄cones euāgelij.

gelij christi. Hi autē anteq̄ ordinent̄ pben/
tur vt docet apostolus. et sic ministrēt nul/
lum crimen habentes. Hoc officio vsus ē
christus. quando post cenam sacramentū
carnis et sanguinis discipulis dispensauit
et q̄i apostolos dormientes ad orationem
excitauit dicens. Vigilate et orate vt non
intretis in temptationem.

De presbyteris.

Septimus ē ordo

presbyterorum. Presb̄ grece senior inter/
pretatur latine. Non modo pro etate v̄ de
crepita senectute. sed p̄pter honorem et di/
gnitatem quam acceperunt presbyteri no/
minantur. qui morum prudentia et maturi/
tate conuersationis precellere debēt in po/
pulo. vnde scriptum est. Senectus vene/
rabilis est non diuturna nec annorum nu/
mero computata. Cui enim sunt sensus
hominum et etas senectutis vita immacu/
lata. Ideo autē etiam presb̄i sacerdotes vo/
cantur. quia sacra dant. qui licet sint sacer/
dotes tamen pontificatus apicem non ha/
bent sicut episcopi. q̄ ipsi nec crismate frō/
tem signant nec paracitum dant. quod so/
lis debet episcopis lectio actū ap̄loꝝ de/
monstrat. Unde et apud veteres idēz epi/
scopi et presb̄i fuerunt. q̄ illud est nomen
dignitatis non etatis. Sacerdos nomen
habet compositū ex greco et latino. q̄d est
sacrum dans siue sacer dux. Sicut em rex
a regendo. ita sacerdos a sanctificādo dicit̄
est. consecrat enim et sanctificat corpus cri/
sti. Antistes vero sacerdos dicit̄ est ab eo
q̄ ante stat primus em̄ est in ordine ecclesie.
Ad presbyterum autem pertinet sacramē/
tū corporis et sanguinis domini i altari dei
cōficere. Orationes dicere. et dona dei be/
nedicere. Qui cum ordinantur funguntur
eis manus vt intelligant se accepisse grati/
am consecrandi. et charitatis opera debe/
re extendere ad omnes. Accipiunt et skolā
que vtrunq̄ tenet latus. quia debent esse
muniti armis iusticie contra aduersa et p̄/
spera. Accipiunt etiam calicem cum vino
et patenam cum hostijs. vt per hoc sciant
se accepisse potestatem placabiles deo ho/
stias offerēdi. Hic ordo a filijs Aaron sum/
psit iniciū. Summos enim pōtiffices et mi/
nores sacerdotes instituit deus per moy/
sen q̄ ex precepto dei aaron in summuz pō/
tifficem. filios vero eius vixit in minores
sacerdotes. Christus quoq̄ duodecim ele

git discipulos prius quos et apostolos vo/
cauit. quorum vicem gerunt in ecclesia ma/
iores pontifices. deinde alios. lxx. et duos
discipulos designauit. quorum vicem in
ecclesia tenēt presbyteri. Unus autem inē
apostolos p̄ncipes extitit petrus. cuius
vicarius et successor est pontifex summus
Unde dicitur apostolicus qui et papa vo/
catur scilicet pater patrum. Qualis autēz
eligi debeat presbiter. apostolus scribens
thimotheo ostendit. vbi nomine episcopi
presbiterum significat. Hoc autem officio
vsus est christus cum seipsuz in ara crucis
obtulit. idem sacerdos et hostia. et quādo
post cenam panem et vinum in corpus su/
um et sanguinem cōmutauit. Ecce de sep/
tez ecclesie gradibus breuiter elocuti quid
ad quemq̄ pertineat insinuauim̄. Cū/
q̄ omnes sint spirituales et sacri. excellen/
ter tamen canones duos tantuz sacros or/
dines appellari censent. dyaconatus scilicet
et presbiterat̄. quia hos solos primiti/
ua ecclesia legitur habuisse. et de his solis
preceptum apostoli habemus. Apostoli ei
in singulis ciuitatibus episcopos et presb̄i/
teros ordinauerunt. Leuitas etiaz ab apo/
stolis ordinatos legimus. quorum maxi/
mus fuit beatus stephanus. Subdyaco/
nus vero et acolitos procedente tempore
ecclesie sibi constituit.

Quid sit q̄d hic dicit̄ ordo.

Si autēz queritur

quid sit q̄d hic vocat̄ ordo? Sane dici pōt
signaculum esse. i. sacrum quoddam. quo
spiritualis potestas tradit̄ ordinato et of/
ficium. Character ergo spiritualis vbi sit. p/
motio potestatis. ordo vel gradus vocat̄.
Et dicunt̄ hi ordines sacramenta quia in
eoz preceptione res sacra. id est gratia cō/
fertur quā figurant ea que sibi geruntur.

De nominibus dignitatis vel
officij.

Sūt et alia quedā

non ordinum sed dignitatum vel officiorū
nomina. Dignitatis simul vel officij nomē
est episcopus. Episcopatus autē vocabu/
lum inde dictum est. q̄ ille qui episcopus
efficitur superintendat curam. s. subditoꝝ
gerens. Scopin em̄ grece. latine intende/
re dicitur. Ep̄i autem grece. latine specula/
tores interpretantur. Nam speculator est

prepositus in ecclesia dicitur eo quod speculatur atque prospiciat populorum infra se positum mores et vitam. Pontifex est princeps sacerdotum quasi via sequentium. ipse et summus sacerdos nuncupatur. ipse et leuitas et sacerdotes efficit. ipse omnes ecclesiasticos ordines disponit.

De quadripartito ordine episcoporum.

Ordo autem episcoporum quadripartitus est. scilicet in patriarchis, archiepiscopis, metropolitanis, et episcopis. Patriarcha grece summus patrum interpretatur. quia primus. id est apostolicum tenet locum. ut romanus, antiochenus, alexandrinus. sed omnium summus est romanus. Archiepiscopus princeps episcoporum. Archos enim grece latine princeps dicitur. Metropolitane autem a mensura ciuitatum dicuntur. Singulis enim prouincijs preminent quorum auctoritati et doctrine ceteri sacerdotes subiecti sunt. Sollicitudo enim toti prouincie. ipsis episcopis commissa est. Omnes autem superius designati ordines episcoporum nuncupantur. Nota quod archiepiscoporum nomine prelati superius significasse videtur. et metropolitanorum quos nunc archiepiscopos dicimus. horum autem discretio a gentilibus introducta videtur. qui suos flamines. alios simpliciter flamines. alios archi flamines. alios protho flamines appellabant. Sacerdotes enim gentilium flamines dicebantur. qui habebant in capite pillem in quo erat breuis virga. desuper habens aliquid lane. quod cum pestu ferre non possent filum tantum in capite ligare ceperunt. Nudis enim capitibus eis incedere nequas erat. Unde et a filio quo utebantur flamines dicitur. quasi flamines. Sed festis diebus filo deposito pillum imponebant pro sacerdotum eminentia. Vates a vi mentis appellati sunt. cuius significatio multiplex est. Ordo enim sacerdotum modo prophetam. modo poetam significat. Lantorum vero vocatur qui vocem modulatur in cantu. Huius sunt duo genera. precentorum et succentorum. Precentorum qui vocem premit in cantu succentorum qui subsequenter canendo respondet. Locentorum autem dicitur quod resonat. Qui autem non consonat nec concinit. precentorum non erit. Hic breuiter tractatis ammonendi sunt christi ministri. quatenus sicut excellunt ordinis dignitate. ita precellant vite sanctitate. ut plebs eis commissa. eorumque disciplinis edocta. gratanter

eis obediat. et eorum imitatione de die in diem proficiat. a quibus diuina sacramenta percipiunt et missarum solennia audiunt. Absissa autem dicitur vel quia missa est hostia cuius commemoratio fit in illo officio vnde dicitur. Ite missa est. id est sequimini hostiam quam missa est ad celestia tendentes post eam. vel quia missus celestis venit ad consecrandum dominicum corpus. pro quem ad altare celeste deferretur hostia. Unde et dicitur missa est.

Ista est distinctio. xxiiii. h. quarta libri. In qua magister postquam superius determinauit de sacramentis que ordinant ad remedium vniuersalem persone. hic determinat de sacramentis in remedium totius ecclesie. Et diuiditur in duas partes. Primo de terminat de sacramento ordinis. quod ordinatur ad gubernationem ecclesie. et spirituale multiplicationem. Secundo de matrimonio quod ordinatur ad multiplicationem fidelium naturalium. Secunda pars incipit in. xxvi. dist. Prima pars adhuc diuiditur in duas partes. In prima de terminat de sacro ordine. In secunda parte de conferendis hoc sacramentum. et de suscipiendis. Secunda pars in. xxv. dist. incipit. In prima parte tria facit. Primo enim numerum sacramentorum ordinum proponit. Secundo officia et dignitates que ordines sequuntur subdit. Tertio quandam salubrem ammonitionem subiungit. Prima pars versus ibi. Sunt et alia que. Secunda versus ibi. Breuiter tractatis. Tertia versus ad finem dist. In specialissima magistri stat in tribus propositionibus quarum prima est hec. Septem sacros ordines christus in semetipso exhibuit et istos vniuersali ecclesie obseruandos reliquit. Hanc magister in suis proponit primo quod septem sunt gradus siue ordines ecclesiastici. scilicet hostiarum lectores. exorciste. acoliti. subdiaconi. diaconi. et sacerdotes. quorum omnia officia christus in semetipso ostendit. et corpori suo. scilicet ecclesie hos ordines seruandos reliquit. Sunt autem septem propter septiformem scilicet gratiam spiritus sancti cuius gratia qui non sunt principes indigni ad gradus ecclesiasticos accedunt. quod vero prius ad hos ordines accedant hanc gratiam habent. in ipsa promotione amplius accipiunt. Ex quo patet hoc sacramenti effectus. Hi autem ordines propter sui dignitatem dignos requirunt ministros. Ex quo patet suscipiendi conditio. Postea dicitur quod hos ordines preedit clericalis tonsura que quidem corona regalem dignitatem significat. quod vero in summitate capitis nudatio erectionem mentis ad deum pro contemplatione designat. versus autem huiusmodi tonsure institutum habuit a nazareis quorum ritus paulus et christiani imitati sunt. Omnes vero in ordinibus constituti clerici vocantur. quod in sortem domini et hereditatem sunt admissi. clericos enim grece sortis vel hereditas latine dicitur. vel quod omnes diuino seruitio sunt mancipati. Postea de his ordinibus determinat singillatim incipiens ab hostiariis qui sunt primi inter ordines gradus de quibus quatuor determinat. Primo figuram quia figurati sunt in veteri testamentum. to per ianitores qui custodiebant templum ne ingredere in illud immundus. Secundo nominis rationem siue officium. dicunt enim hostiarii. quod presunt hostis templi ut dignos recipiant et indignos excludant. Tertio ordinandi modum quod in eorum ordinatione dantur eis clauis ab episcopo cum determinata forma. Vnde episcopus dicitur. Agite tanquam deo rationem reddituri pro rebus que clauis istis recedunt. Quarto institutionem quod christus hoc officium exercuit. quoniam vendentes et ementes de templo electi. et ipse de se dicit. Ego sum hostium

quod hostiarum designat. Postea dicit de secundo ordine. scilicet lectorum. De quo sex determinat. Primo nomine rationem quia dicunt a legendo. quod enim pronuntiatores vocantur quia per auditum aures eorum vox adimplet. Secundo officium. quia ad eos pertinet prophetias et psalmos legere et eadem populis predicare. Tertio ordinandi modum in ordinatione librum divinorum lectiones ab episcopo accipiunt cum determinata forma verborum. scilicet accipe et esto vbi dei. plator habiturus si fideliter adimpleris parte cum his qui bene vident dei ministrant. Quarto ordinandi modum. quia ad hunc ordinem assumpti debent scientia scripturarum esse instructi ut distincte legant et sic possint auditoribus prodesse. Quinto institutionem. quia hoc officium ipse adimpleuit quando legit illud esate. spiritus domini super me. ut habetur Luca. vi. Sexto figuracionem quia prefiguratum est nunciatum est hoc officium in prophetis. quod dicitur. Clama ne cesses quasi tuba exalta voce tuam. Postea determinat de tertio ordine. scilicet exorcistorum. de quibus quinquaginta determinat. primo nomine rationem. dicunt enim exorciste quasi adiurantes. Secundo officium. quia ad eos pertinet per exorcismos suos demones ab obsessis fugare. Unde dicitur mundi esse qui spiritibus immundis impant. Tertio ordinandi modum quia librum exorcismorum in ordinatione recipiunt ab episcopis cum determinata forma verborum. scilicet Accipite et habetote potestatem imponendi manus super energuminos et cathecuminos. Quarto institutionem quia dominus hoc officium usus est quando salutauit ovis qui tetigit aures et linguam surdi et muti. et demones in multos sanauit. Quinto figuracionem quia a salomone videtur hic ordo primitus descendisse qui quandoque modum exorcizandi inuenit que demones adiurati ab obsessis pellebant cordibus unde et hoc officio mancipati exorciste apud iudeos vocati sunt. Postea determinat de quarto ordine scilicet acolythorum de quo quinquaginta determinat. primo nomine rationem. dicuntur enim acolythi grece cerosferarij latine quia cereos portant ad signum leticie demonstrandum et ad figurandum verum lumen. scilicet christum. Secundo officium. quia ad eos pertinet luminaria portare et preparare ac subdiaconis ministrare in preparacione vicecoli vini et aque. per eucharistiam. Tertio ordinandi modum quia candelabrum cum cereo et vicecolu in ordinatione accipiunt. Quarto institutionem quia hoc officium ipse usus fuit cum dixit. Ergo sum lux mundi. Quinto figuracionem quia lucernas candelabri continebant. Postea determinat de quinto ordine. scilicet subdiaconorum. de quibus quatuor determinat. primo nomine rationem. dicunt enim subdiaconi quia diaconorum preceptis subiacent. hi figurati sunt in veteri testamento per nathinneos de quibus dicit paralenesdra quod erant ministri leuitarum. unde nathinnei dicuntur quasi in humilitate domino seruietes quod subdiaconis conuenit qui sunt ministri leuitarum. Secundo officium. quia calicem et patenam portant. propter quod mundiciam habere debent ut implicant illud. mandamini quod fertis vasa domini sacerdotibus et leuitis ministrant et ornamento altaris speciale cura habent. Tertio ordinandi modum quia patenam et vacuam calicem accipiunt et vicecolu cum aqua et manutergium. Quarto institutionem quia christus hoc officium usus est quando lintheo se precinxit et mittens aquam in peluum pedes discipulorum lauit et lintheo tersit. Postea determinat de sexto ordine. scilicet diaconorum qui sexto loco ponitur ad perfectionem que in eis esse debet. De quibus quinquaginta determinat. primo nomine rationem. quia de tribu leui nomen traxerunt. dicunt enim leuite. Unde primo in eis figurati fuerunt dicunt enim grece diaconi et ministri. Secundo officium. quia ipsi sacerdotibus in sacramentorum dispensacione assistunt et ministrant. noui enim

testamenti predicandi habent officium. Similiter enim leuite qui leno humero stolas portant. quia labores huius vite. quia in leua portant sicut in veteri testamento. Huic ordini a moyse statutum fuit que ad tabernaculum pertinebant portare. Tertio conditionem in institutione diaconi. Apostoli enim elegerunt septem viros plenos spiritu sancto. Hi septem solent esse in principalibus ecclesiis qui etiam septem angelos tuba canentes in apocalypsi significantur. quales autem esse debeant apostolus ad thimotheum docet. qui antequam ordinentur prebati debent. ut si ministrent nullas crimines habentes. Quarto ordinandi modum. quia in ordinatione episcopus eis manus imponit. Nam et apostolus diaconibus quos elegerunt oratione premissa manus imposuerunt. Ponit etiam stola supra leuam humerum. Accipiant etiam diaconi textum euangelij in ordinatione. Quinto institutionem. quia christus hoc officium post cenam viuis est quod sacramentum sui corporis et sanguinis discipulis dispensauit. et quod apostolus dominicus ad orationem incitauit. nam ad diaconos pertinet premonere aures ad deum habere. Postea determinat de septimo ordine. scilicet presbyterorum. de quibus sex determinat. primo enim nomine rationem. dicunt enim presbyteri. id est seniores propter dignitatem et honorem que accepertunt. et quia morum prudentia et maturitate conuersationis in populo precellere debent. Dicunt enim sacerdotes. vel quia sacra dant. vel in sacris sunt duces vel quia sanctificant. Antistes vero dicuntur quia ante alios debent stare. Secundo officium quia ad sacerdotes pertinet ad sacramentum corporis et sanguinis proficere orationes dicere. et dona dei benedicere. Tertio ordinandi modum quia in ordinatione eis manus inungunt. patenam cum hostijs. calicem cum vino accipiunt. et stola que tenet utrumque latus quia contra aduersa et prospera armis iusticie debent esse induti sive muniti. Quarto figuracionem. quia hic ordo in filiis Aaron fuit figuratus et. lxxij. discipulis quos christus designauit quorum vices presbyteri in ecclesia tenent. tamen inter apostolos vnus princeps extitit. scilicet Petrus cuius successor est summus pontifex qui etiam dicitur papa. id est pater. Quinto conditionem. Hi apostoli ad thimotheum ostendit qualis debeat eligi presbyter vbi presbyter nomine episcopi designat. Sexto officium quia christus hoc officium usus est in ara crucis quando seipsus obtulit. ille fuit sacerdos et hostia quando post cenam panem et vinum in corpus et sanguinem suum mutauit. Postea dicit quod solum duo ordines dicuntur sacri. scilicet diaconatus et presbyteratus et hos solos primitiua ecclesia habuit. alios vero processu temporis ecclesia sibi constituit. ex quo patet ordinum differentia quia quidam sunt sacri quidam non. Et dicit quod ordo dicitur quod sacrum per quod specialis potestas traditur ordinato. et hi ordines dicuntur sacramenta quia in eis sacramentum confertur et significatur. scilicet gratia. ex quo patet ordinum quedam conuenientia. quia enim in omnibus huiusmodi gradibus traditur aliqua potestas spiritualis. ideo nomen ordinis omnibus conuenit. quia etiam in omnibus confertur et significatur sacramentum. ideo omnes dicuntur sacri. Postea dicit quod quedam sunt nomina que non ordinem sed dignitatem vel officium nominant sicut episcopi pontifices patriarche et archiepiscopi et metropolitani. Episcopus enim aut pontifex est. quis habet alij intendere et principari quia episcopus dicitur a scopis grece quod latine intendere dicitur unde etiam episcopi grece dicuntur latine speculatores. Nam speculatores prepositus in ecclesia dicitur in eo quod speculari debet mores et vitam populorum infra se positurum. Pontifex est princeps sacerdotum quasi via sequentium. ipse enim summus sacerdos nuncupatur. co

q̄ sacerdotes et leuitas efficit. Deinde dicit q̄ ordo-
 episcoporum quadri partitus est. scz in patriarchis
 archiepiscopis. metropolitans et epis. Patriarcha
 grece summus patrum interpretatur. q̄: primum. id
 est apostolicum tenet locum vt Romanus Antioce-
 nus Alexandrinus. et sic de alijs. Archiepiscopus
 no summus est episcoporum. Et dicit ab archos q̄
 est princeps. Metropolitanus dicit a mensura ciui-
 tatum quibus p̄uenit. Ibi nota q̄ archiepiscopuz pri-
 mates supius significasse videt et metropolitanoz
 nose quos nūc archiepi dicimus. Secda. ppositio est
 bec. Que sunt istoz ordinū officia dare patet ex iam
 p̄dictoz sentētia. Hec patet ex p̄missis vt ipsamet ex-
 primit. ppositio. Tertia. ppositio est bec. Ministri
 xpi maiores qui p̄cellunt ordinis dignitate etiam
 p̄cellere debent vite sanctitate. Cuius rationem as-
 ferit vt plebs eis commissa eoz imitatione semper p̄-
 ficiat. Addit etiam hinc vnde dicitur missa. quia in
 ea mittitur hostia cuius comemoratio fit in sacri-
 ficio. quia missus celestis venit ad consecrandum eā
 Et tm̄ in special.

bi vendicant. cum ipsi in ecclesia non sint
 et cum sint sacrilegi. sacerdotium ammini-
 strant et altare ponunt. Cum nec sacrificia
 ri oblatio illic possit. vbi spiritus sanctus nō
 sit. nec cuiq̄ dominus per eius preces et o-
 rationes prosit. qui dominūz ipm̄ volauit

Hieronymus quoq̄ asserit omnia que of-
 feruntur ab hereticis cōtaminata esse in cō-
 spectu domini. quia licet sancta videantur
 specie sui. tamen quia contacta sunt ab il-
 lo q̄ pollutus est. poluuntur omnia. Idem. Idem super
 amos. Odit deus sacrificia hereticorū et a se p̄ij-
 cit. et quotiens in nomine eius congregati
 fuerint. detestatur fetorem eorum et claudit
 nares suas. Idem. Illi offerunt panē sacri-
 legium etc. Leo etiam testatur extra eccle-
 siam nec rata esse sacerdotia nec vera esse sa-
 crificia. Idem etiam dicit. Per crudelissi-
 mam vesaniam in alexandrina sede omne
 sacramentorū lumen extinctum. Intercep-
 ta est sacrificij oblatio. defecit chrisimatis
 sanctificatio. et patricidalibus manib⁹ im-
 piorum. omnia se subtraxere mysteria.
 Ibis alijsq̄ testimonijs astrui videtur sa-
 cramenta ecclesiastica precipue corporis et
 sanguinis. ordinationis et confirmatio-
 nis per hereticos non posse ministrari.

Hieronymus
 sup. amos.
 Idem super
 amos.
 Leo ad ma-
 tholū con-
 tinopolitani
 ep̄m.

De ordinatis ab hereticis. a

DI. XXV

¶ Olet etiā q̄ri

si heretici ab ecclesia p̄fissi et
 dānati possint tradere sacros
 ordines. et si ab eis ordiati re-
 deunt ad ecclesie vnitatem debeant reor-
 dinari? Hanc questionē p̄plexā ac pene in-
 solubile faciunt doctoz. verba q̄ plurimū
 dissentire vident. Vident em̄ q̄daz trade-
 re hereticos sacros ordines dare nō posse
 nec illos qui ab eis ordinant vident. gra-
 tiam recipere. Dicit em̄ Innocen. arrianoz
 clericos nō videri suscipiendos cum sacer-
 dotij vel ministerij alicuius dignitate. qui
 bus solum baptisma ratuz esse p̄mittit. q̄d
 in nomine patris et filij et spiritus sancti p̄-
 cipit. Dicit etiam eos nō posse dare spiri-
 tum sanctum quem amiserūt. et ordinatos
 ab hereticis caput habere vulneratum. et
 eum qui honorem amisit honorem dare nō
 posse. nec illum aliquid accepisse. quoniam
 in dante nihil erat q̄d ille posset accipere.
 Tradit etiā venientibus ab hereticis per
 manus impositionem laicam tm̄ tribuen-
 dam communionem. nec ex his aliquē cle-
 ricatus honorem vel exiguum surrogare.
 Grego. etiam dicit sacrilegus esse arriano-
 rum consecrationem cum ex eorum manu
 communio percipitur. Ciprianus etiā di-
 cit. Omnia quecunq̄ faciunt heretici car-
 nalia et inania et sacrilega esse. et eoz alta-
 ria falsa. et illicita sacerdotia et sacrificia sa-
 crilega. qui more symiaruz que cum homi-
 nes non sint. formaz imitant. humanam
 vultum ecclesie catholice et auctoritatem si

Autoritates ponit que videtur p̄-
 missis obuiare.

¶ Contra autez alijs

sentire videntur q̄ ab hereticis etiam pre-
 cis. sacri ordines sicut et baptismus tra-
 di valeant. nec ab hereticis redeūtes: qui
 illic ordinati sunt et baptizati. iterum ordi-
 nandi sunt. sicut nec baptizandi. In Au-
 gusti. De hereticis etiam damnatis quod
 quidā dicunt baptismum quod accepit non
 amittit q̄ recedit ab ecclesia. ius dandi q̄d
 accepit amittit. multis modis apparet in-
 aniter dici. Primo quia nulla ostenditur
 causa cur ille q̄ illud baptismum amittere nō
 potest: ius dandi possit amittere. Utrum
 q̄ enim sacramentum est. et quadam con-
 secratione vtrunq̄ homini datur. illud cū
 baptizatus. et illud cum ordinatur. Ideo
 nō licet in catholica ecclesia vtrunq̄ itera-
 ri. Nam si qñ ex ipsa pte venientes etiam
 p̄positi pro bono pacis correcto scismatis
 errore suscepti sunt. et si visum est opus es-
 se vt eadem officia gererent que agebant.
 non sunt rursus ordinandi. Sed sicut bap-

Aug. in lib.
 contra q̄st.
 ad parmensi-
 num.

Grego. in lib.
 iij. dialogo.

Ciprianus mar-
 tir in epla cō-
 tra hereti.

De symonia unde dicitur. et quod sit.

De symoniacis vero non est ambigendum quin sint heretici. qui tamen ante suam degradationem et ordinantur et consecrantur. Et licet symoniaci proprie dicantur qui instar symonis magi impetibiles gratiam precii conducere volunt. et qui per ministerio sacro precium recipiunt in modum greci Grezite vocandi sunt. omnes tamen et dantes et accipientes symoniaci dicuntur et utriusque eadem sententia percipiuntur.

De his qui scienter a symoniacis ordinantur.

Differt tamen inter eos qui ordinantur a symoniacis scienter. et eos qui ignorantur. Qui enim scienter a symoniacis se promiserint consecrari. imo execrari. eorum consecratio omnino irrita est. Qui vero ordinantur a symoniacis quos cum ordinantur nesciunt esse symoniacos. qui et tunc pro catholicis habentur. eorum ordinatio misericorditer sustinetur.

De his qui dicunt se emere corporalia non spiritualia.

Si vero aliqui obie-cerint se non consecrationes emere. sed res ipsas que ex consecratione perveniunt. penitus desipere probantur. Nam quisque horum alter vendit sine quo alter non habetur. neutrum vendere derelinquit.

Distinctio symoniacorum.

Simoniace autem he-resis tripartita est distinctio. Alii enim simoniace a symoniacis ordinantur. Alii simoniace a non symoniacis. Alii non simoniace a symoniacis. Unde Nicolaus papa. Statuimus decretum de symoniaca tripartita heresi. scilicet de symoniacis simoniace ordinatis vel ordinatis. et de symoniacis simoniace a non symoniacis. et de symoniacis non simoniace a symoniacis. Symoniaci simoniace ordinati vel ordinatores secundum canones a proprio gradu decedant. Simoniaci etiam simoniace a non symoniacis ordinati. similiter ab officio removeantur. Symoniacos vero non simoniace a symonia-

Nicolaus papa.

eis ordinatos. misericorditer per manus impositionem pro temporis necessitate in officio permittimus permanere. Quod intelligendum est de his qui ordinantur a symoniacis ignorantes eos esse symoniacos. hoc facit symoniacos non reatus criminis. sed ordinatio symoniaci.

Alexander papa de his qui violenter a symoniacis vel ab hereticis ordinantur.

Similiter cum decer-nit Alexander papa symoniacos omnino damnandos ac deponendos. subintelligendum est nisi violenter quis attractus fuerit. De his enim et a quibuslibet hereticis violenter ordinatis dicit Innocentius. quod possunt habere aliquem colore excusationis si statim discedunt ab eis. et pessimo eorum concilio renunciant.

De etate ordinandorum ita decrevit Nicolaus papa.

Sacri inquit cano-nes sanxerunt ut subdiaconus non ordinetur ante. xlii. annos. nec diaconus ante. xxv. nec presbyter ante. xxx. Deinde si dignus fuerit ad episcopatum eligi poterit. quod nos etiam pariter modum suare iubemus. Item Fabianus. Si quis. xxx. etatis non impleverit annos. nullo modo presbyter ordinetur et si valde sit dignus. quod et ipse dominus. xxx. annorum baptizatus est. et sic cepit docere.

Ista est distinctio. xxv. huiusmodi quarum libri. In qua magister postquam superius determinavit de sacro ordine. tunc post de hoc sacro consecrationibus et suscipiendis determinat. Et tria facit. Primum enim inquit an heretici sacrum ordinis presbyteri conferre seu dare. Secundo ostendit symoniacos fore qui dant per concuniam pro ordinibus et etiam qui aliquid pro ordinibus presumunt accipere Tertio quomodo ignorantur ordinati a symoniaco debeamus misericorditer tolerare. Primum facit usque ibi. de symoniacis vero. Secundum usque ibi. Differt tamen inter eos Tertium usque ad finem dist. In specialiter sententia magistri stat in tribus propositionibus quarum prima est hec. Alii dicunt quod sacra ab hereticis secundum formam ecclesie celebrata sunt vera et rata. Alii autem quod sunt falsa et reprobanda. Hanc magister insinuans querit an heretici ab ecclesia presbyteri presbyteros ordines conferre. Et veterum ordinati ab eis dicit reordinari. Et dicit hanc questionem esse difficilem et propleyam. propter diversitatem doctorum opinantium circa eam. Quidam enim dicunt hereticos non posse ordinare et ordinatos ab eis non esse in suis ordinibus suscipiendos sed tamen ad laicam communionem. Gregorius dicit arrianorum consecrationem sacrilegam esse. Ciprianus dicit sacra hereticorum inania et sacrilega esse. Hieronymus dicit que offeruntur ab hereticis contaminata esse et deodibilia. Leo papa dicit non esse rata sacrificia episcoporum.

tra ecclesia nec vera. Postea ponit contrarium opinionem dicentium ab hereticis ordines tradi posse et ordinatos ab eis non esse iteque ordinandos. quod maxime Augustinus dicitur videre sicut ius habet baptizandi ita etiam et ordinandi. sed heretici tale ius habent ad sui potestatem. catholicis vero ad salutem. Gregorius dicit ordinatum semel non debere reordinari. Postea circa hanc dubitationem tangit diversam opinionem. Quidam enim dicunt hereticos ab ecclesia presbiteros baptizandi ius habere non autem ordinandi. et auctoritates que in contrarium sunt dicit scilicet legi de hereticis que secundum sententiam ecclesie presbiteri tales esse ius habent baptizandi. Alij vero dicunt que facta ab hereticis et presbiteris collata si secundum formam ecclesie referantur vera esse et rata. Alij vero nequaquam. et secundum hanc dicitur varie de his doctores loquuntur. Alij autem dicunt facta ab his collata vera esse in se si forma ecclesie servetur. falsa esse et inania quo ad salutis effectum. damnanda esse dicuntur hereticorum sacramenta. quod presbiteribus et accipientibus sunt in iudicio. et secundum hoc potest intelligi ut dicitur auctoritates supradicte. Alij vero dicunt hereticos in ecclesia ordinatos ius ordinandi habere. eos vero qui in heresi nequaquam. Postea dicit simoniacos esse hereticos et ante de gradationem ordines referre posse. Secunda propositio est hec pro collatione sacrorum ordinum dantes et accipientes pecuniam simoniaci dicunt. et pro tali delicto ambo eadem pena puniunt. Hanc magister insinuans dicit que simoniaci proprie dicuntur emptores a symone mago denominati. vendentes gratiam sic dicitur a seruo elizei. tunc largo nomine utriusque dicuntur simoniaci. Tertia propositio est hec. Qui ignoranter a simoniacis ordinantur ipsorum futurum misericorditer tollere. Hanc magister ponens dicit que ordinati a simoniacis scienter procreationem irritam habent. Qui vero sunt ordinati ignoranter possunt misericorditer in ordine suscipi. Et quod possit aliquis dicere que non emit spirituale ut procreationem sed temporale emit spirituale annexum ut res ipsas que ex procreatione proveniunt. et sic non est simoniacus. Ideo hoc remouet hic dicens que quia aliqua duo sunt coniuncta non vnum sine alio potest emi vel vendi. Postea ponit triplicem distinctionem simoniacae heresis dicens. que quidam simoniaci simoniacae a simoniacis ordinantur. Quidam enim simoniaci simoniacae a non simoniacis ordinantur et versus istos sic ordinatos proprie gradum potest Tertius vero que non simoniacae a simoniacis ordinantur potest misericorditer tolleri dum ignoranter eos que ordinantur simoniacos esse. Addit etiam que cum dicitur ordinatos ab hereticis vel simoniacis esse damnandos est intelligendum nisi aliquis violenter ab eis ordinaret. Ultimo determinat de suscipientibus ordines quod ad etatem dicens. que subdiaconus ante decimum quartum annum. diaconus ante. xxv. annum presbyter ante. xxx. annum ordinari non debent. Et tamen in speciali.

De sacramento coniugij cuius institutio et causa ostenditur.

De malia sacramenta post peccatum et propter peccatum exordium sumpturunt. matrimonij sacramentum etiam ante peccatum legis institutum a domino non tamen ad remedium sed ad officium. Refert enim scriptura Genesim in adam misso sopore. atque vna de costis eius sumpta. et ex inde mulierem formata. virum in spiritu intelligere ad quem

vsus mulier facta esset. post extasim propheticam dixisse. Hoc nunc os ex ossibus meis et caro de carne mea. propter hoc relinquet homo patrem et matrem et adhaerebit uxori suae. erunt duo in carne vna.

De duplici institutione coniugij. b

Coniugij autem institutio duplex est. vna ante peccatum ad officium facta est in paradiso ubi esset thorus immaculatus et nuptie honorabiles. ex quibus sine arduo percipent. sine dolore perent. altera post peccatum ad remedium facta extra paradysum. propter illicitum motum deuitandus. Prima ut natura multiplicaret. Secunda ut natura exciperet et vitium cohiberet. Tertia autem ante peccatum dixit dominus Crescite et multiplicamini. et post peccatum omnibus pene hominibus per diluuium consumptis. Quod non ante peccatum institutum fuerit coniugium ad officium post peccatum non ad remedium processit Augustinus testis dicens. Ad sanis est ad officium egrotis est ad remedium. Infirmas enim incontinentie que est in carne post peccatum mortua. ne cadat in ruinam flagitiorum. excipit honestate nuptiarum. Si non peccassent primi homines. sine carnis incentiuo ac feruore libidinis ipsi ac successores eorum uenerunt. Et sic remunerabile est aliquod bonum opus. sic coitus eorum bonus est et remunerabilis. Quia non propter peccatum letalium concupiscentie. lex membris nostris inhaesit. sine qua carnalis non fit commixtio. reprehensibilis est et malus coitus. nisi excusetur per bona coniugij.

Quando secundum preceptum. quando secundum indulgentiam contractum sit coniugium.

Prima institutio habuit preceptum. secunda indulgentiam. didicimus enim ab apostolo humano generi propter vitium fornicationis indultum esse coniugium. Indulgentia vero quod meliora non eligit remedium habet non penitentiam. a qua si quis declinauerit. merebit exitiale iudicium. Ad secundam indulgentiam procedit: voluntarium est non necessarium. alioquin transgressor esset qui illud non faceret. Et potest sane intelligi illud sub precepto dictum hominibus primis ante peccatum. Crescite et multiplicamini. Quo etiam post peccatum tenebatur versus quo est facta multiplicatio. postquam secundum indulgentiam matrimonij factus fuit. Ita etiam post diluuium quod vniuersum pene humanum genus deletum est. secundum preceptum dictum est filiis noe. Crescite et multiplicamini. Multiplicato vero homine secundum indulgentiam factum est. non secundum imperium.

Aug. super Gen. in li. de nuptijs et concupiscentias

DI. XXVI c

tum etiam ante peccatum legis institutum a domino non tamen ad remedium sed ad officium. Refert enim scriptura Genesim in adam misso sopore. atque vna de costis eius sumpta. et ex inde mulierem formata. virum in spiritu intelligere ad quem

Quibus modis accipiatur indulgentia.

Indulgentia autē

diuersis modis accipit. s. pro peccatione pro remissione. p. pmissione. Et est pmissio in nouo testamento de minoribus bonis et de minoribus malis. De minoribus bonis ē coniugium quod non meretur palmam. sed est in remediis. De minoribus malis. i. de venialibus est coitus qui fit causa incontinentie. Illud. s. coniugium indulget. i. cōcedit. Illud vero. i. coitus talis pmittitur id est tolleratur ita q. nō phibetur.

Quod nuptie sint bone.

Fuerunt autēz nō

nulli heretici nuptias detestantes qui taci tani appellati sunt. hi nuptias omnino damnant. ac pares fornicationibus alijsq. corruptionibus faciunt. nec recipiunt in suorum numero: coniugio vtentem marem vel feminā. Quā res bona sit coniugium nō modo ex eo pbatur q. dominus legis coniugium instituisse inter primos parentes. sed etiam q. in canagalilee nuptijs interfuit xps. easq. miraculo commēdauit. aqua in vinum conuersa. Qui etiam postea vtrum dimittere vxorem phibuit. nisi causa fornicationis. Apostolus etiam ait. Virgo non peccat si nubat. Constat ergo rē bonam esse matrimonium. alioquin non esset sacm. Sacramentū em sacrum signum ē.

Cuius rei sacramentum sit coniugium.

Uz ergo coniugii

um sacramentum sit. et sacrum signum est. et sacre rei. s. coniunctionis christi et ecclesie sicut ait apostolus. Scriptum est inquit. Relinquet homo patrem et matrem et adheret vxori sue. et erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum est. Ego autem dico. in christo et in ecclesia. Ut em inter coniuges coniunctio est s. m. consensum animorum et s. m. permixtionem corporum sic ecclesia christo copulatur voluntate et natura. quia idem vult cum eo. et ipse formam sumpsit de natura hominis. Copulata est ergo sponsa sponso spiritualiter et corporaliter. i. charitate ac conformitate nature huius vtriusq. copule. figura est in coniu-

gio. Consensus enim coniugum copulam spiritualem christi et ecclesie que fit p. charitatem significat. Commixtio vero sexuum. illam significat que fit per nature conformitatem.

Qualiter intelligendum sit illis mulier illa non pertinet ad matrimonium cum qua nō est commixtio sexuum.

Inde est qd quidā

doctorum dixerunt. illam mulierem nō pertinere ad matrimonium. que non experit carnalem copulam. Ait em Aug. *Uō du/ Augusti.* bium est illaz mulierem nō pertinere ad matrimonium. cū qua docetur nō fuisse commixtio sexus. Item leo papa. Cum societas nuptiarum ita a principio sit instituta vt preter commixtionem sexuum non habeat in se christi et ecclesie sacramentum. nō dubium est illam mulierem non pertinere ad matrimonium. in qua docetur non fuisse nuptiale mysterium. Item August. *Uō Aug. in 8. soliloquijs.* est perfectum coniugium sine commixtione sexuum. Hoc si s. m. supficiem verborum quis acceperit. inducitur in errorem tantū vt dicat sine carnali copula non posse contrahi matrimonium. et inter mariam et ioseph nō fuisse coniugium vel nō fuisse perfectum. quod nephās est sentire. Tanto em sanctius fuit atq. perfectius. q. to a carnali opere immunitus. Sed superius posita ratione dicta intelligendum est. non quin pertineat mulier illa ad matrimonium cum qua nō est permixtio sexuum. sed non pertinet ad matrimonium qd expressam et plenam teneat figuram coniunctionis christi et ecclesie. Figuratur enim illam vniōem christi et ecclesie que est in charitate. Sed non illam que est in nature conformitate. Est ergo et in illo matrimonio typus coniunctionis christi et ecclesie. sed illius tñ qua ecclesia christo charitate vnitur. non illius qua per susceptionem carnis capti membra vniuntur. Nec ideo tamen minus sanctum est coniugium. quia vt ait August. *Aug. in 8. de bono d. gal.* In nuptijs plus valet sanctitas sacramenti. q. fecunditas ventris. Est etiam coniugium signum spiritualis coniunctionis et dilectionis animorum qua inter se coniuges vni debent. Unde apostolus ait *Uiri diligite vxores vras et corpora vestra.*

Ista est distinctio. xxvj. huius quar-
 ti libri. In qua magister postquam superius determinavit de
 sacro ordinis. quod pertinet ad spirituales ecclesie multiplicacionem.
 hic determinat de matrimonio quod pertinet
 ad eius multiplicacionem naturalem. Et dividit
 hic tractat in quinque partes. In prima determinat de ma-
 trimonio in se. In secunda de eius causa efficiente. In ter-
 tia de eius fine. In quarta de eius bonis. In quinta
 de eius causis materialibus. scilicet personis contrahentibus
 Prima pars durat a principio distinctio. usque usque ad. xxvj.
 dist. que incipit. Post hec advertendum. Secunda usque ad
 finem. xxx. dist. que incipit. Exposito que sit effi-
 cients. Tertia usque ad. xxxij. dist. que incipit. Post hec
 de bonis coniugij. Quarta ab inde usque ad. xxxliij.
 dist. que incipit. Tunc superest attendere. Quinta
 usque ad. xliij. dist. que incipit. Postremo de condi-
 tione resurrectionis. In presenti distinctione tria faci-
 untur. Primo tempus et locus institutionis huius sacramen-
 ti demonstrat. Secundo matrimonium condempnates repro-
 bat. Tertio eius mysticam significationem recitat. Pri-
 mum usque ad. l. fuerit nonnulli heretici. Secundo usque ad. l.
 Cui ergo coniugij. Tertium usque ad. finem distinctio. In spe-
 ciali sententia in qua stat in tribus propositionibus. quarum
 prima est hec. Coniugij sacramentum fuit in paradiso ante pecca-
 tum solum ad officium primo institutum nunc secundario in re-
 medium. Hanc magister insinuat perponit primo hoc sacra-
 mentum ante peccatum institutum fuisse quoniam Adam dixit.
 Hoc nunc os ex ossibus meis. et nihilominus post peccatum
 institutum. et sic duplex est institutio. Distinctio autem prima a
 secunda. quia prima facta est in paradiso. secunda extra paradysum
 Item prima facta est ad officium nature multiplicacione. se-
 cunda ad remedium concupiscentie. Item prima fuit in preceptis
 necessitatis. Secunda fuit voluntaria a tempore multipli-
 cationis generis humani. et est accipienda secundum indulgen-
 tiam. quibus per remissionem. quibus per concessione. quibus per
 permissionem. Dic autem per permissionem accipit. permittit au-
 tem coniugij non quasi malum: sed quasi minus bonum.
 Secunda propositio est hec. Heretici dicitur Taciani in
 hoc principio errant quod nuptias condempnant. Hanc ma-
 gister ponens condempnat errorem damnantis et de-
 testantis nuptias. ostendens quod bona res sit matrimo-
 nium per hoc quod christus interfuit nuptijs. et precepit uxorem
 a viro non dimittere. Unde apostolus ad Eph. ait. Viri di-
 ligite uxores vestras sicut propria corpora vestra. Tertia
 propositio est hec. Electorum ecclesia non solum iugitur
 christo specialiter: sed etiam vere et corporaliter. Hanc ma-
 gister insinuat dicit quod matrimonium est signum con-
 iunctionis christi et ecclesie in conformitate nature et si-
 gnificacionis in charitate. Que duo matrimonium
 carnali copula summam perfecte significant. Est tamen
 perfectum matrimonium in quo est consensus animorum
 sine carnali copula. Deficit tamen ab hac perfecta signifi-
 cacione. licet quedam autoritates videntur dicere tale non
 fore verum et perfectum matrimonium. Matrimonium
 enim tale. scilicet ubi est tamen consensus aliorum est signum dilectio-
 nis. qua coniuges inter se uniri debent. Augustinus. enim
 dicit. Plus valet sanctitas sacramenti quam fecunditas
 ventris. Et tamen in speciali.

Que sunt considerata in coniu-
 gio . a

Dist hec aduer-
 tendum est quod sit coniugij. et que sit
 efficiens causa coniugij. et causa
 propter quam contrahi debeat. et que sint bo-
 na coniugij. et quod pro ea excuset coitus car-

nalis. que sint legitime persone ad matrimonium.
 Sunt et alia plura in matrimonio considerata
 que sub compendio perstringentur.

Quid sit coniugij . b

Sunt ergo nuptie
 vel matrimonium viri mulierisque coniunctio
 maritalis inter legitimas personas individu-
 am vite consuetudinem retinens. Ad indivi-
 duam consuetudinem vite pertinet quod absque con-
 sensu alterius neuter continentiam proteriti po-
 test vel oroni vacare. et quod inter eos deus vi-
 uunt vinculum coniugale permanet. ut alij se
 copulare non liceat. et ut inuicem alter alteri
 exhibeat quod quisque sibi. Hanc autem descri-
 ptione legitimum et fidelium tamen matrimonium
 includit.

De consensu que efficit coniugium . c

Efficiens autem cau-

sa matrimonij est consensus. non quilibet: sed per
 propria expressus. nec de futuro: sed de presenti.
 Si enim presentium in futurum dicentes. Accipiam
 te in virum. et ego te in uxorem: non est iste
 consensus efficax matrimonij. Item si con-
 sentiant mente et non expriment verbis vel alijs
 certis signis. nec talis consensus efficit ma-
 trimonium. Si autem verbis expriment quod ta-
 men corde non volunt si non sit coactio ibi
 vel dolus. obligatio illa uxorum que presentium
 dicentes. accipio te in virum. et ego te in
 uxorem. matrimonium facit.

Autoritatibus probatur quod solus con-
 sensus facit matrimonium . d

Quid autem consensus

matrimonium faciat subditis probatur testimo-
 nijs. Sic enim Isidorus. Consensus facit ma-
 trimonium. Item Nicolaus papa. Suffi-
 ciat solus secundum leges eorum consensus. de que
 rum coniunctionibus agit. Quis solus si
 forte in nuptijs defuerit. cetera etiam cum ip-
 so coitu celebrata frustrantur. Item Joh. chry-
 sosto. Matrimonium quidem non facit coitus
 sed voluntas. et ideo non soluit illud separatio
 corporis. Item Ambrosius. Non defloratio virgi-
 nitatis facit coniugium: sed pactio coniugal-
 Ex his apparet quod consensus. id est pactio con-
 iugalitatis matrimonium facit. et extunc coniugium
 est. etiam si non processit vel secuta est copula
 carnalis.

b

I. XX
 VII

p

Joh. Chry-
 sup Wat.

Ambros.

Quā incipiat esse coniugium . e

Quēnim ab ipsa de

Amb. III. de
Virginibus

Isid. in libro
etymo.

Aug. III. de
bono coniugij.

sponsatione in qua pactio coniugal exprimitur iuges sint sanctorum testimonia pbant. **Quēnim** Amb. Cū incipiat coniugium coniugij nomen asciscit. cum coniugis viro coniugium est. nō cū viri admixtione cognoscit. **Item** Isid. Coniuges verius appellantur a p̄ma desponsationis fide. quibus adhuc in eos ignoret coniugalis concubitus. **Item** Aug. Coniunx vocat ex p̄ma desponsationis fide quam concubitu non cognouerat. nec fuerat agnitus. nec pierat. nec mendax manserat coniugis appellatio. vbi nō fuerat nec futura erat carnis vlla commixtio ppter qd̄ fidele coniugium: ambo parentes xpi vocari meruerūt. non solū illa m̄: sed etiam ille pater eius. sicut coniunx m̄ris ei⁹ vtrūq; tñ mente ⁊ nō carne. Ex his euidenter insinuat qd̄ ex tempe quo intercedit cōsensus voluntarius ac marital qui sol⁹ cōiugium facit. veri coniuges sunt sponsus ⁊ sponsa .

Scdm̄ quosdam nō est cōiugium ante carnalem copulā . sed sponsi et sponse sunt . f

Quidā tamen asse

rūt verū coniugium nō contrahi ante traductionem ⁊ carnalem copulā. nec veri coniuges esse aliquos anteq̄m incedat cōmixtio sexus. sed a p̄ma fide desponsationis vir sp̄s. ⁊ mulier sponsa ē nō cōiunx. Sp̄s aut ⁊ sponsas coniuges frequēnt appellari dicunt. non qz sint: sed qz futuri sunt. cuius rei sp̄sionem inuicem fecerūt. ⁊ h̄m̄ b̄ verba p̄missarū autoritatū intelligēda fore tradunt.

Quaratione vtunt . g

Quē vero inter sp̄s

sam ⁊ cōiugē plurimū inter sit. ex eo astruunt. qz licet sponse ante carnalem copulam inconsulto vel nolente sponso mōasterium eligere. quo facto sponso etiam licet aliam ducere. Coniugatus vō vel cōiugata nec continentia nisi ex cōmuni cōsensu suare valeat. nec mōasteriū petere: nisi vterq; continentia parit̄ p̄teatur. **Ex** vō liceat sp̄s se mōasterium eligere autoritatib⁹ sanctorum pbat. **Aut** enī Eusebi⁹ papa. Despo-

Qz sp̄sa p̄t
mōasterium
eligere nō ex
quiritō sp̄si
consensu
Euse. pa .

saram puellam non licet parentib⁹ alij viro tradere. tñ licet sibi mōasteriū eligere **Itē** Greg⁹. Decreta legalia desponsata si conueriti voluerit nullo penitus censuerūt dā: no mulctari. Refert etiā Hiero. qd̄ machabarius inter xpi heremitas p̄cipuus. celebrato nuptiali conuiuio cū vespere thalamus esset ingressurus ex vrbe egrediens transmarina perijt ⁊ heremi solitudinem sibi elegit. **Beatus** etiam Alexius sū ex nuptijs diuina gratia vocatus sponsam deseruit. ⁊ nudus xpo familiari cepit. **His** autoritatibus ⁊ exemplis liquet licere sp̄sis sine cōsensu suarū sponzarū ⁊ conuerso continentia p̄fiteri.

Grego.

Expla

apli.

in 1000

Qd̄ cōiugatus vel coniugata nequeant continentiam p̄fiteri sine alterius consensu . b

Hoc aut cōiugatis

nullatenus licet. Non enī p̄t vir melioris vite p̄positū sumere sine vxoris cōsensu. ⁊ conuerso. **Unde** Greg⁹. scribēs thentisse patricie. Sunt qui dicunt religionis q̄tia coniugia debere solui. **Unde** sciendum est qz ⁊ si hoc lex humana concessit. tñ lex diuina phibuit. Si vō vtrūq; conueniat cōtinentem vitam ducere. hoc q̄s audeat accersare. Sic enī multos sanctorū nouimus cū suis coniugibus ⁊ pus continentem vitam duxisse. ⁊ post ad sancte ecclie regimīa migrasse. Si vō continentiam quam vir appetit mulier non sequit̄. aut quam vxor appetit vir recusat. coniugij diuidi nō potest. qz scriptum est. **Mulier** p̄tatem sue carnis non habet: sed vir. **Similit̄** ⁊ vir potestatem sue carnis nō habet: sed mulier. **Idē** Agathosa latrīx p̄sentium quæta est virū suū contra voluntatem suam in mōasterium esse conuersum. qua ppter experientie tue p̄cipimus: vt diligenti inquisitione discutias. ne forte eius voluntate conuersus sit. vel ip̄a mutare se p̄miserit. ⁊ si hoc reperieris ⁊ illū in mōasterio p̄manere p̄uideas. ⁊ hanc sicut promisit mutare vitam compellas. Si vō nihil horum est. nec quondam fornicationis crimen p̄opt̄ quod licet vxorem dimittere. p̄dicatam mulierem cōmississe cognoueris. ne illius conuersio: vxor̄ relicte in seculo fieri possit perditionis occasio. volumus vt maritum suum illi etiam si iam tonsoratus est reddere debeas. omni excusatione cessante. quia nisi fornicati

onis causa virū vxorem dimittere nulla ra-
tio concedit. Postq̄ em̄ copulatiōe coniu-
gij viri & mulieris vnū corp̄ efficiū. nō pōt
ex pte p̄uerti. & ex pte remanere in seculo.

Itē ex. viij. synodo. Si q̄s coniugat̄ cō-
uertit ad monasteriū velit. non est recipien-
dus nisi h̄us a p̄iuge castimonia p̄fente
fuerit absolutus. Tales ergo tunc sine cul-
pa sequunt̄ xpm̄ relicto seculo. si habēt ex
pari voluntate castitatis consensum. Itē
Si vir & vxor diuertere p̄ sola religiosa in-
ter se consenserint vita. nullatenus sine con-
sensu epi fiat. vt ab eo singularit̄ p̄uiso cō-
stituantur loco. Nam vxore nolente vel al-
tero illorū etiam p̄ tali re matrimoniū non
soluit. Item Auḡ. Si abstines sine vxor-
is voluntate. tribuis ei fornicandi licētia
& peccatū illius tue impurabit̄ abstinentie.
Item Nicolaus papa. Scripsit nob̄ Tha-
berga regina: regia se velle dignitate v̄l co-
pula exui. & sola vita p̄uata esse contentam
desiderare. Cui scripsimus. nō hoc alit̄ fie-
ri posse: nisi eandem vitam vir eius Lo-
tharius elegerit. Ex his p̄t̄ q̄ p̄iugati sine
cōmuni p̄sensu mōasteriū eligere. continē-
tiam p̄fiteri vel habitum religionis sume-
re non valēt. & si fecerint: reuocari debent.
Spōsi nō p̄nt sine cōmuni p̄sensu mōaste-
riū eligere. Vñ videtur inter sponsū et
sponsam coniugium nō esse. Ideo q̄s alit̄
a p̄ma fide desponsatiōis p̄iuges appellari:
non re p̄sentium: sed p̄ futurorū. q̄ ex fi-
de quam ex desponsatiōe sibi inuicem de-
bent. postea efficiunt̄ cōiuges. p̄p̄mis-
sas aut̄ auctoritates q̄bus alit̄ q̄ consen-
sus m̄rimonium facit. ita intelligi volūt vt
p̄sensu vel pactio coniugalis non añ co-
itum faciat m̄rimoniū: s̄ in coitu. Sicut em̄
defloratio v̄ginitatis non facit m̄rimoniū
nisi p̄cedat pactio cōiugal̄. ita nec pactio
coniugalis anteq̄ assit copula carnal̄. Ex
pactione ergo coniugali sponsi & spōse h̄nt
ante coitum. In coitu nō efficiunt̄ p̄iuges
Facit em̄ pactio coniugalis vt q̄ p̄uiserat
sponsa. in coitu fiat coniug.

Responsio ad p̄dicta cū determi-
natione superiorū.

His aut̄ ita respon-
dem. Fit aliq̄ desponsato vbi est cōpro-
missio viri & mulieris de contrahēdo m̄ri-
monio. non est aut̄ ibi consensus de p̄senti.
& est desponsatio habens p̄sensum de p̄sen-

ti. i. pactionem coniugalem que sola fac̄ cō-
iugium. In illa ergo desponsatione vbi est
pollicitatio contrahendi m̄rimonium. spō-
si tantū & sponse sūt: non coniuges. & tali-
bus sponsis licet sine cōmuni consensu con-
tinentiā p̄fiteri & mōasteriū eligere. In ea
nō desponsatione vbi est p̄sensu de p̄senti
p̄iugij p̄trahit̄. & ab illius desponsatiōis p̄-
ma fide veri cōiuges appellant̄. Scdm̄ hāc
distinctionem desponsatiōis: desponsis va-
rioloquunt̄ doctores.


Quō accipiat̄ sponsa in supradī-
ctis capitul̄.

Aliquādo enī spō-

sas vocant̄ q̄ talem habuerūt desponsationē
vbi fuit pactio coniugalis de p̄senti. & ille ve-
re coniuges sunt. Vñ Greḡ. Si q̄s vxorē
desposauerit vel subarrauerit quāq̄ post
modū p̄ueniente die mortis eius nequerit
eam ducere in vxorem. tñ nulli de consan-
guinitate eius licet accipe eam in cōiugio.
& si inuentum fuerit factum. sepe omnino
Item Iulius papa. Si quis desposauerit
vxorem & subarrauerit. & vel p̄ueniente die
mortis. vel irruentibus q̄busdā causis eā
non cognouerit. nec frater eius nec vll̄ de
consanguinitate eius eandem sibi tollat in
vxorem vllō vnq̄ tempe. Item Gregorī.
Qui desposatam. p̄ximi sui puellā cepit
in coniugij. anathema sit ip̄e & omēs con-
sentientes ei. q̄: s̄m̄ legem dei moxi decerni-
tur. Nam diuine legis mos est spōsas ap-
pellare p̄iuges. vt in euāgelio. Accipe ma-
riam p̄iugē tuā. Et in Deut. Si q̄s alteri
sponsam in agro vel quolibet loco oppresse-
rit vel adduxerit in domū suā: moriā. q̄a
vxorem p̄ximi sui violauit. non que iā vx-
or erat: sed que a parentibus vxor fieri de-
bebat. Ex his colligit̄ q̄ sponse q̄dam con-
iuges sunt ante cōmixtionem sexuū. Sed
forte illud mouet q̄d in fine capituli dicit̄.
non q̄ iam vxor erat: s̄ q̄ vxor fieri debebat
qd̄ nō ita intelligi debet q̄si vxor vere nō
fuerit. ex quo pactio coniugal̄ intercessit: s̄
q̄ nondū traducta fuerat. nec res vxoria
intercesserat. s̄. concubitus p̄iugal̄.

Qd̄ aliter accipit̄ in his alijs capi-
tulis sponsa.

Hec etiā sponsa est
que sic viro desponsata est. vt nō intercesse-



Ex concilio
thoburicensi

rit consensus de pñti: sponso futuri. Scdm quem modū illud decretū intelligit. Si q̄s sponsam filij oppresserit. et post filius ei? eā duxerit. pater postea nō habeat vxorē: nec mulier virū. filius qui patris facinus ignorauit aliam ducat. Si coniunx illa fuisset: qd̄ vtiq; foret. si in sponsalibus pactio con iugalis intercessisset. non pmitteret sponso aliam ducere. Ad hec autē pena nō nubē di ex rigore infligitur vt alij terreant. Idē ex eodem. Quidam desponsauit vxorem et dotaui. et cum ea coire non potuit. quam clanculo frater ei? corrupit et grauidā reddidit. Decretū est vt quīs nupta non potuerit esse legitimo viro desponsatā tamen fratri frater habere non possit. sed mecha et mecha fornicationis quidem vindictā sustineant. licita vō eis coniugia nō negentur. De illa desponsatione hoc intelligi debet vbi non fuit consensus coniugalis de pñti. alioq̄n nō liceret eis alia sortiri coniugia. Scdm hoc etiā illud intelligi debet. Statutū est a sacro p̄uentu vt si q̄s spōsaz alterius rapuerit publica p̄nia mulctetur. et sine spe p̄iugij maneat. et si ip̄a eidē crimini p̄sentēs nō fuerit. licentia nubendi alij nō neget. Apparet hāc fuisse desponsatam sine pactione coniugali de pñti. et ideo nō fuisse coniugem. cui viuente sponso alij nubendi licentia nō negat. Sunt em̄ quedam nuptialia pacta de futuro ex q̄bus spōsi et sponse vocant. nec exinde coniuges sunt. Et est pactio quedam coniugal̄ de pñti: q̄ sponsum et sponsam etiam coniuges facit. et vtraq; pactio desponsatio vel sponsalia interdum dicunt. p̄pe tñ sponsalia dicuntur q̄dam solennia pacta nuptialia.

Quare nō statim tradant spōse. m

De nuptialib? pa-

Augusti. ctis vbi est tñ sponso futuri. Aut Aug? . Institutū est vt iam p̄acte sponse non statim tradant ne vilem habeat maritus datam: quam suspirauit spōsus dilatam.

Que spōsa sit vidua mortuo spōso et que non.

Et ē sciendū q̄ illa

spōsa q̄ tñ in futuro est pacta: mortuo sponso nō remanet vidua. q̄ non fuerat vir ei? . vñ si q̄s eā duxerit ad sacros ordines con-

scendere nō phibet. q̄ nō duxit viduam. Vidue em̄ maritus eque sicut bigamus sacerdos fieri phibet. Ex tali autē copula nullus arceat a sacris ordinibus.

Qui alterius sponsam eo mortuo ducit. ad sacros ordines accedere potest.

Secundū hoc in-

telligendū est qd̄ ait Pelagius papa de solo qui mortuo sponso: eius sponsam ducit in vxorē. Nihil est inq̄t. q̄tū ad hunc articulū attinet. qd̄ ei obuiet de canonicis institutis q̄n ad sacros ordines pmoueri valeat. Si vō talis sponsa fuisset inter quam et spōsum eius consensus de pñti intercessisset. eo mortuo vidua remansisset. cui copulatus in coniugio vltorius ad sacros ordines nō accederet cū viduā duxerit. Non est ḡ ambigendū q̄n solus de pñti consensus coniugij efficiat. et exinde veri p̄iuges appellentur. Ideo post talez p̄sensum si q̄s alij se copulauerit. etiā si carnis cōmixtio illic seq̄t ad p̄orem copulā reuocandus est.

Ista ē distinctio. xxvij. hui? quarta libri. In qua maḡ postq̄ superius determinauit de sacro matrimonio sui se q̄tum ad eius institutionem. Sic determinat de eo q̄tum ad eius causam efficientem. Et tria facit. p̄mo ei quid sit m̄rimoniū diffinit. Scdo qualis debeat esse consensus in matrimonio subdit. Tertio que sponsalia coniugij faciūt subdit. p̄mo vsq; ibi. Efficiens autē causa matrimonij scdm vsq; ibi. De nuptialibus pactis. In sp̄ali sententia maḡistri itat in tribus p̄positionibus. quarū p̄ma est hec. Quicunq; alicui p̄ matrimonium legitime copulatur sine alterius consensu ab eo nō sepeatur. Hanc maḡister ponens diffinit matrimonij de cens. q̄ est viri et mulieris maritalis cōmixtio inter legitimas p̄sonas indiuiduam vite consuetudines retinens. Ad quam indiuiduaz consuetudinem p̄inet mutua debiti redditio. et q̄ vnus sine altero cōtinentiam vouere non p̄t. nec se alteri altero viuente copulare. Scda p̄positio est hec. Causa efficiens m̄rimoniū est mutuus consensus p̄ verba de pñti realit̄ expressus. Hanc maḡister ponens dicit q̄ causa efficiens matrimonij est consensus cordium p̄ verba de pñti expressus. aliter matrimonij fieri non p̄t. Et hoc confirmat maḡister p̄ multas auctoritates q̄ dicunt coniugij esse post talem consensum. etiaz si carnalis copula non sequat. Postea dicit quosdam dicere autē carnalem copulam sponsalia esse et nō p̄iugij. et alias dici sponsas et alias coniuges sponsas et non p̄iuges q̄ sit d̄ra inter sponsas et p̄iuges. Ex hoc p̄bat q̄ sponso inuita sponsa potest monasterij eligere et eoueruo. p̄iugatus vel coniugatus non p̄t. Auctoritates tñ aliquando vocant spōsos cōiuges. q̄ futuri sunt p̄iuges. Tertia p̄positio ē hec. Si quis cū sponsa vidua contrahit p̄ hoc bigamiaz nō incurrit. Hanc maḡister insinuans distinguit de sponsalibus

pelagius
papa

Ex concilio
tholetano

dicens q̄ sponsalia de futuro coniugium non faciunt
sponsalia No de p̄nti coniugiu faciunt. q̄ pbat p̄m̄
ta iura. s. q̄ quedam sunt sponsalia de futuro r̄ que-
dam de p̄nti. pbat enim q̄ ista sponsalia differunt.
q̄ post sponsalia de futuro licet sp̄s ad sacre s̄ or-
dines ascendere. nō aut̄ post sponsalia de p̄nti. Et
tū in sp̄ali.

Si consensus de futuro cum iura
mento faciat coniugiu.

DI. XX
VIII

Ic queri debz

Utrū consensus de futuro addi-
to etiā iuramento coniugiu effi-
ciat. vt si quis p̄mittat vel etiam iuret ali-
cui se vsq̄ ad tps placitū illā ducturū. r̄ il-
la p̄mittat vel iuret se illi nupturā. nisi q̄d ta-
lis sp̄sio eos piuges fecit? Si mutato pro-
posito a'f vel yterq̄ ad alienā copulā tran-
sit nunq̄d ob p̄orem sp̄sionē iuramēto s̄-
nitam: secunde federatiōis pactum scinde-
tur? Considera q̄: longe aliud est p̄mittere
r̄ aliud facere. qui p̄mittit: nōdū fac̄. Qui
q̄ p̄misit se in vxorem ducturū aliquā. nō-
dum eam duxit vxorem. r̄ que spondit
se nupturam nondum nupsit. Quomō er-
go coniug. s̄ appellari possunt qui nonduz
contrahunt: sed in futuro se contracturos
iurando p̄mittūt? Item. Si ex vi iuramē-
ti ad futurū p̄tinentis mox efficiuntur con-
iuges. cur iurant in futuro se facturos q̄d i
p̄senti efficiuntur? Item. Si ex quo iurant
mox efficiuntur cōiuges. tūc rem hanc effi-
ciunt quam iurant se facturos. Ideo dico
q̄ cōiugium tunc nō fuit. sed futurū p̄mit-
titur. Si vero ille post vxorem duxit et il-
la marito nupsit. coniugiu vtrinq̄ fuit. et
non potest dissolui. P̄cedens ergo men-
dadium vel piurū. penitentia est corrigē-
dum. sed cōiugium sequens non est dissol-
uendū. Non autē sic est quando iuramen-
tum cōiugii p̄senti cōsensu atestatione
firmat. quia post talem cōsensum si quis
alij se copulauerit. etiam si p̄lem p̄creauerit.
irritum debet fieri. r̄ ipe ad p̄iorem co-
pulam reuocari.

Que videntur obuiare p̄missis
nouellarum institutio.

Premisse autē sen-

tentie videtur obuiare illud q̄d leges tra-
dunt. Si q̄s tactis diuinis scripturis iura-
uerit mulieri se eam legitimā vxorē habi-
turū. vel etiam si in oratorio tale sacramen-
tū dederit. sit illi legitima vxor. Quis nul-

la dos. nulla alia scriptura interposita sit.
Sed hic ostendit quid fieri v' esse debeat.
nō quod tunc fiat. Non em̄ p̄ illud iuramē

Determinatio

tum tunc fit vxor. sed fieri debet. quia iura-
mentum est. Potest et de illo iuramento b̄
dictum intelligi vbi de p̄senti cōsentiunt
ac se inuicem suscipiunt. Illi etiā sententie
qua dictum est solū cōsensum facere coniu-
giuz. videtur obuiare quod euaristus pa-
pa ait. Aliter legitimū non fit cōiugiu nisi
ab his qui sup̄ seminā dñationem habere
videntur. r̄ a quibus custoditur vxor pe-
tatur. r̄ a pentibus sponsetur r̄ legibus do-
tetur. r̄ a sacerdote vt mos est benedicatur
r̄ a panimphis custodia ac solemniter ac-
cipiatur. Itē. Ita legitima scitote esse con-
nubia. A iter vero p̄sumpta. nō coniugia
sed adulteria vel fornicationes sūt nisi vo-
luntas p̄pria suffragata fuerit r̄ vota sic-
current legitima. Hoc autē nō ita intel-
ligendū est tanq̄ sine enumerat̄ non possit
esse legitimū cōiugiu. sed q̄ sine illis non

Que ad ne-
cessitatem. q̄
ad decorē p̄-
nent sacri.

habet decorē et honestatez debitam. In
huius cōi sacramenti celebratione sicut in
alijs quedam sunt p̄tinentia ad substantiā
sacramenti. vt consensus de p̄senti. qui so-
lus sufficit ad contrahendum matrimoni-
um. quedam vero p̄tinentia ad decorē et
solemnitatez sacramenti. vt pentū traditio
sacerdotū benedictio et h̄mōi. sine quibus
quarti libri. In qua magr postq superius determinauit de bonis matrimonij quibus actus matrimonialis excusaf. Dic determinat de ipso actu fm q accipit rationem debiti. Et tria facit. Primo em pponit quod vir et mulier in soluendo et petendo coniugij debitum par habeat dominu. Secdo ostendit quod reddere coniugale debitum nullu sit crimio. Tertio subiungit quod no quolibet die nec vir nec mlier licite pot petere. Quarto et secundu a pncipio distit. vsqz ibi. Et licet debitum posseti. Tertiu vo vsqz ad fi. di. In specialia magr stat in tribus ppositioib: quar pma e hec. In soluendo et reddendo carnis debitum vir et vxor habent par dominu. Hanc magister insinuans proponit pmo q cu vir in omnibus pnt mulieri sicut caput corpus. in redditione tm debiti partes sunt. qz alter hz alterius copozis pntem vt alteri posseti non licet alteri debitum denegare. siue poscat causa prolis pcreande siue incontinentie causa. quod autoritati bus confirmat. vbi etiam dicit q sic habet alter alterius copozis pntem. q sicut nec mulier ad alius virum nec vir ad aliam mulierem potestatem hz accedendi. ita nec ad continentium sui copozis hz potestatem nisi mutuo consensu. Secda ppositio e hec. Licet nullus criminis sit reddere debitum coniugale. tam e exigere vltra generandi necessitatem est delictum veniale fornicari vo aut mechari est mortale. Hanc magister insinuans subdit q reddere coniugale debitum nullus est criminis. exigere vltra generandi necessitatem venialis est culpe. s; fornicari aut mechari puniendi est criminis. Postea pbat pluribus autoritatibus q coniuges ne fraudent ad inuicem carnale debitum sine consensu comuni tenere non pnt. qd supra supposuerat. Postea querit si vir vxori consenserat vt continentia deo offerat et a suo iure ea absoluat. vtrum possit licentiam data reuocare? Et respodet q in hoc casu si ei consenserat vouere continentia. et votum phiberet hoc implere. hoc vñ potest. sin autem post reuocare non pot. Tertia ppositio est hec. Nullus in matrimonio licite potest debitum carnis quolibet die exigere seu poscere. Hanc magister insinuans dicit. q licet debitum posseti sit pfoluendum. non tm licet quolibet die exigere seu poscere. sicut in diebus festiuis siue pcessionis et ieiunioru. qd autoritatibus confirmat. Postea ostendit q beatus Hieronymus vult q reddere debitum sit qm peccatu quod est contra pdicta. Dicit enim beatus Hieronymus qui vxori debitum reddit non pot orationibus vacare nec sumere carnes agni. i. eucharistia. Dicit etiam q non semp est reddendu debitum. vt in diebus qbus est orationibus vacandu vel eucharistia sumenda. Et respondet q dictum Hieronymi referendu est ad ecclesie ministros. quibus non licet sacramenta offerre vel mysteria celebrare tpe coniugalis amplexus. Ultimo dicit q sicut in carnali commixtione sic et in celebrandis nuptijs sunt tempora obseruanda. quia non quibuscuqz temporibus sunt nuptie celebrande. Tempora quibus non sunt nuptie celebrande sunt a septuagesima vsqz ad octauam pasce. et tribus septimanis ante festum Johannis baptiste. et ab aduentu domini vsqz post epiphania. quod si factum fuerit separantur. vt dicit magister. Et tm in specialia.

Stc patriarche coniugibus excipientib' se
men suū miscbant. non ꝑcupiscentia ꝑfici
ende voluptatis: sed ꝑuidentiā ꝑpagāde
successionis. sicut apostoli auditorib' suis
admirantibus doctrinā suā cōdelectabā
tur. non auiditate consequēde laudis: sed
charitate semināde veritatis. Idem alibi
Antiquis tempibus cum adhuc salutē nrē
mysterium velāret. iusti officio ꝑpagandī
nuptias contrahēbant. non victi libidine:
sed ducti pietate. qui multo facilius conti
nere possunt ꝑ vellent. Utebant tamen cō
iugibus. ꝑ plures vni viro habere licebat
quas castius habebat q̄ nunc vna quilibz
istorū in q̄bus videmus. q̄d fm ventaz cō
cedit apostolus. habebant em̄ eas in ope
re generandi. non in morbo desiderij. Itē
Amb. Dixit Sara ad Abram. Ecce cōclu
sit me dñs vt non pariam. Intra ḡ ad an
cillam meā ꝑ filium facias ex ea. ꝑ ita factū
est. Considera ꝑmum q̄ abraam ante legeꝝ
Moysi ꝑ an̄ euangelium fuit. Nō ḡ i legē
cōmisit Abraam: sed legem ꝑuenit. Nō dū
em̄ interdictū videbat. Secūdo considera
q̄ non ardore aliquo vage successus libidi
nis. non petulantis forme captus decore.
ancille contubernio coniugalē post habuit
thorū. s; studio querēde posteritatis ꝑ ꝑ
pagandē sobolis. Adhuc post diluuiū ra
ritas erat humani generis. erat etiā religio
nis. Deniq; ꝑ Loth sancti hanc filie causā
querēde posteritatis habuerūt: ne genus
deficeret humanū. ꝑ ideo publici muneris
gratia ꝑuātam culpam ꝑtexit. Itē Aug'.
Iustus quis capiat dissolui ꝑ esse cū xpo
tamen sumit alimentū: nō cupiditate viuē
di: sed officio ꝑsulendi. vt maneat quod ne
cessarium est ꝑpter alios. Sic misceri femi
nis iure nuptiarū officiosum fuit sancti vi
ris non libidinosum. Qd em̄ est cib' ad sa
lutem hoīs. hoc est concubir' ad salutē hu
mani generis. ꝑ vtrūq; non est sine delecta
tione carnali. q̄ tñ modificata ꝑ refrenata
ꝑantia in ysum naturalem redacta libido
esse non pōt. Qd aut in sustentādo vitā illi
citus est cibus. h̄ est in querēda ꝑle forni
carius vel illicitus cōcubitus. ꝑ qd est i ci
bo licito immoderatioꝝ appetitus. h̄ est in
ꝑiugibus ventaz ille concubitus.

Non ꝑfert virginitas Iohannis
castitati Abrae.

Qz vō castitas vir
ginalis non ꝑferat in merito coniugali ca

Ambro.

Augusti.

stirati Abrae Aug' ostendit in q̄es. Sicut
non est impar meritū patie in Petro q̄ ꝑas
sus est. ꝑ in Iohanne q̄ ꝑassus non est. sic
non est impar meritū ꝑtinentie in Iohāne
q̄ nullas exptus est nuptias. ꝑ in Abraam
q̄ filios genuit. Nam illi' celibatus ꝑ isti'
cōubiū ꝑ tempoꝝ distributionē xpo mili
tauerunt. sed ꝑtentiā Iohānes in opere
Abraam in solo habebat habitu. Melior
est aut castitas celibum q̄ nuptiar'. Qua
rum vna Abraam habebat in ysu. ambas
in habitu. Caste em̄ ꝑ iugali' vixit. Esse
aut castus sine coniugio potuit. sed tūc nō
oportuit. Item Hiero. Quis ignoret sub
alta dispen satione dei omēs retro sanctos
eiusdem fuisse meriti cui' nūc xpiani sunt?
Quō abraam an̄ placuit in ꝑiugio. sicut
xgines placent in castitate Seruiuit ille le
gi ꝑ tempore suo. fuimus ꝑ nos legi ꝑ tē
pori nrō. in quos fines seculorū deuenit
Ex his apparet q̄ sancti ꝑres an̄ legem sine
peccato plures habuerūt vxores vel con
cubinas. Eas em̄ nūc vxores appellat scri
ptura. nunc ꝑcubinas. Rachel tñ ꝑ Ly
ambe vxores fuerūt. non ꝑcubine.

Oppositio

Si quis opponat

q̄ fidem thori non fuabant illi ꝑres. Dic
mus in h̄ fuasse fidem thori' qz nō alijs
ꝑꝑrijs vxoribus vel ancillis miscbantur.
Ecce q̄ fuerit ꝑsuetudo in hac re an̄ legem.
Legis xpo tpe interdixit Moyses car
nalem copulā fieri cum mfe. cum nouera.
cū sorore. cū nepte. cū amita. cū matertera.
cū nuru ꝑ alijs q̄busdā. ꝑpermisit auteꝝ di
uortij fieri dato libello repudiij. in quo vir
scribebat causas ꝑ q̄bus vxorem repudia
bat. ꝑpermisit aut aliā ducere dato ꝑꝑri
bello. qd ꝑpter duriciā cordis eoz ꝑmissū
xps dicit. Non vt ꝑcederet discidiū: s; vt
tolleret homicidiū. ꝑpermisit fieri mala: ne
fierent peiora. ꝑ hoc ꝑmittendo non dei iu
sticiam demonstrauit. sed in peccatore mi
nuit culpam.

Cui licebat plēs h̄re vel non.

Bed nunquid sub

lege licebat habere plures vxores? Audi
qd scriptum est in Deuteronomio Nō ha
bebit vxores plurimas que alliciāt animas
eius. Super quem locum ait Augustinus

Manifestum est salomonem hoc pceptu transisse. David aut plures habuit. nec pceptum preterijt. Permissum est enim regi plures habere. no plurimas que allicient animam multiplicare. Cum tn additur vt non eleuetur cor eius. alienigenas prohibum esse videtur. Veru tamen multiplicatio vxorum generaliter phibita e. Permissum est autem regi plures habere. p no multiplicare. Veniente autem plenitudinis tempore quo christi gratia vbiq est dilatata. reducta est lex nuptiarum ad priorem honestioremq institutionem vt vnus vnus in figura christi et ecclesie contugatur. Ne queritur electio muneris in successioe generis. sed in perfectione vite et sinceritate scientie. et virginitas fecunditati pferet et sacerdotibus continentia indicat.

De viginitate metis et carnis.

Melior est aut vir-

ginitas mentis q carnis. Unde Ambro. Tolerabilis est mentem virginem q carnem habere. vtrumq bonum est siliceat. Si non liceat. saltem non casti homini sed deo simus. Virgo prostrui pot. adultera ri non potest. nec lupanaria infamat castitatem. sed castitas etiam loci abolet in famiam. Idem. Non potest caro ante corrupti. nisi mens ante fuerit corrupta. Ite Iudorus. Non potest corpus corrumpi nisi prius animus corruptus fuerit. Abunda enim a contagione anima: caro no peccat. In fine huius capli aperit quomodo veru sit. nisi anima prius fuerit corrupta. corpus non posse corrumpi scilicet peccato.

Illud etiam Augustini aduertendu est. Sicut inquit sanctius e mori fame q idolatrias velci. Ita sanctius est defungi sine liberis. q ex illicito coitu stirpem querere. Unde cumq no nascantur homines. si parentum vitia non sectent: et deum recte colant. honesti et salui erunt. Semen em ex qualicunq homine. dei creatura est. et eo male vtenti male erit. non ipsum aliquando malum est.

Ista est distinctio. xxxiiij. huius quarti libri. In qua magister post q supius determinauit de bonis matrimonijs. Die at determinat quo hec bona fuerunt in matrimonijs antiquoz patrum. Et tria facit. Primo em antiquis patribus fore concessam plures hie vxores declarat. Secdo continentiam abrae continetie iohannis compat. Tertio tempore euagely vginitate pcellere fecunditate insinuat. Primum facit vsq ibi. Ad no castitas. Secdo vsq ibi. Melior ee aut virginitas. Tertium vsq ad fine dist.

In speciali snia magistri stat in tribus propositionib quaru prima est hec. Ex diuina permissione antiqui patres plures habuerunt vxores non expletioe carnalis voluptatis. sed quia successione sanguis erat successio religionis et fidelitatis. Hanc magist et insinuans querit vtrum antiqui patres sine peccato plures vxores vel concubinas habuerunt. Et respondens permittit q fm diuersitate temporuz varia fuerit dei dispositio. Ante ptem inter duos tm fuit coniugium inchoatum fm que inchoationis moduz p pmi parentes in obedientia pstitissent p tps successione inter duos tm fuisse matrimonialis tractus. Post ptem primis parentibus ad inuice conuenientibus et plem pcreantibus filij eorum et filie iuncti sunt sed vnus tm vni et fratres sorozib copulari sut quia no erant alie mulieres et viri quibus filij. Ade et filie iungerent. Lamech autem primus omnium legit duas vxores habuisse. quod in eo reprehenditur. ideo qz p expletione carnalis voluptatis hoc fecerit. pcessu no tps cum iam quasi omnes homines deos colerent. paucis in cultu dei remanentibus diuina dispensatione consultum est vt viri possent sibi plures vxores in matrimonium copulare ne cultus vel noticia dei deficeret illis paucis deficientibus: sicut patet in Abraam et Jacob. Unde et ex lege maledicta erat sterilitas que non reliquebat semen super terram. Secunda propositio est hec. Continentia quam Iohannes habuit actu hanc Abraam potuit serua re solo habitu. Hanc magister insinuans dicit in commendationem coniugij antiquoz patrum q virginalis castitas non pferitur i merito antiquoz patruz coniugali castitati. qd auctoritate Augu. determinat dicens. Sicut non est impar meritum continentie in Iohanne qui nullas exptus est nuptias. et in Abraam qui filios genuit. Nam illius celibatus et istoz con nubium p tempis distributione xpo militauerit. h continentiam Iohannes in ope Abraam solo habitu habebat. Postea obijcit q antiqui patres habentes plures vxores no videntur fecisse fidem thori. Et respondens dicit. q fide thori seruabant q pps tm vxoribus vel ancillis. et no alijs mulieribus iungebant. et sic patet que fuerit ante legem matrimonij consuetudo. et q in matrimonio antiquoz patru fuerunt predeterminata mrimonijs bona. Postea determinat de matrimonio tpe legis dicens. q tempore Moysi fuit mrimonijs determinatu et qtu ad legitima ru psonaz determinatione. q: no licebat copulare carnaliter patri vel sorori vel nouerce vel nepti amite et matertere et quibusda alijs psonis. Et ena qtu ad segregatione q: pmissit moyses dato libello repudij diuortium fieri et aliam ducere. in quo quidem libello vir scripsit causas ppter quas repudiebat vxorem qd ppter duriciam cordis eoz pmissum est vt manus malu. s. homicidii tolleret. Postea qrit qbus lz sub lege habere plures vxores et quibus no. Et respondet q multiplicatio generaliter est phibita. permissum tamen est regi plures habere vxores sed no multiplicare. i. plurimas habere. qz talis multiplicatio ppter carnales actus mentem eneruat et allicit. Ad dit etia q adueniente tpe plenitudinis iuxta priorē et honestiore institutione vn tm vni coniugij i figura xpi et ecclesie. Tertia ppositio est hec. In hoc qdem tpe virginitas fecunditati pcellit et continentia sacerdotibus inducit. Hanc magister insinuans dicit q hoc tpe virginitas fecundati pcellit et continentia ipis presbyteris pcepit cu tm in lege fecunditas virginitati pferre et sacerdotibus iugia indicere inducit. Ultimo dicit q virginitas mentis melior est et commendabilior. q virginitas carnis quod auctoritate confirmat. Et tm in speciali.

Am. in li. 8
rginibus.

idorus.

Aug. in li. 8
ono iuga.

2

De personis legitimis . a

DI. XXX.
III**Hinc superest**

attendē que persone sint legitime ad p̄rahendū m̄rimo-
nū. Legitime iudicant̄ p̄so-
ne fm̄ statuta patrū q̄ diūsa sunt. Alie nā/
q̄ fuerit legitime añ legez. alie sub lege. alie
in tpe gratie. Itē in primitiua ecclia q̄dam
erant legitime que mō nō sunt. Earū vero
q̄ mō legitime sunt vel illegitime. quedam
sunt plene legitime. quedā omnino illegiti-
me. quedā medie. Plene legitime sūt q̄b̄
nō obuiat votuz p̄sentie. vel ordo sacer.
vel cognatio. vel dispar cultus. vel p̄ditio
v̄ nature fragilitas. et si q̄d est aliud. De/
nitus vero illegitime sunt. p̄ votū. p̄ ordi-
nem. p̄ cognationem. p̄ disparem cultum.
Medij x̄o sunt nec plene legitimi. nec om-
nino illegitimi p̄ frigiditatē. p̄ conditionē
Si em̄ tales iungunt̄ ignoranter. comma-
nere possunt quibusdā accedentibus cau-
sis. et eisdē deficientibus diuidi.

De frigidis sepandis. b

De his enī qui cau-

Gregor.

sa frigiditatis debituz reddere nō p̄nt. con-
sult Greg. vt p̄maneat. Sz si mulier cau-
satur dicens. volo esse mater et filios. p̄cre-
are. decrevit vt vterq̄ eoz septima manu
ppinquoꝝ iuret. q̄d nunq̄ carnaliter p̄ue-
nerunt. et tūc mulier sc̄bas nuptias contra-
hat. Vir autē q̄ frigide nature ē. absq̄ spe
p̄iugij p̄maneat Sit em̄ sic. Interrogastis
de his q̄ matrimonio iuncti sunt et nubere
nō p̄nt. si ille aliam vel illa alium ducē pos-
sit. de quibus scriptuz est. Vir et mulier si
se cōiunxerint. et post dixerit mulier de vi-
ro q̄ coire nō possit cū ea Si p̄t p̄bari q̄d
dicit p̄ iustū iudiciū. aliū accipiat Si x̄o il-
le acceperit aliaz. separent̄. Item. De his
requisisti q̄ ob causas frigide nature dicūt
se nō posse inuicē opam carnis dātes p̄mi-
seri. Iste x̄o si nō p̄t ea vti p̄ vxore. hēat
eā quasi sororem q̄d si retinaculū coniuga-
le noluerit rescindere. maneat vtriq̄ in-
nupti nam si huc nō potuit naturalit̄ con-
cordare. quō alteri p̄ueiet. Igit̄ si vir aliā
vxorē vult accipere. manifesta patet ratio. qz
suggerente dyabolo odij fomitem. exosaz
eam habuerit. et ideo eā dimittere menda-
cij falsitate molitur. Q̄ si mulier causatur
dicit volo esse mater et filios. p̄creare. vter

q̄ eoz septima manu ppinquoꝝ tactis sa-
cro sanctis reliquijs iureiurando dicat. vt
nunq̄ p̄ cōmixtionē carnis p̄iucti. vna ca-
ro effecti fuissent. Tunc videt̄ mulierē se/
cundas posse p̄trahere nuptias. humanū
dico p̄pter infirmitatē carnis eoz. Vir at̄
q̄ frigide nature est. maneat sine p̄iuge. Q̄
si et ille aliā p̄iugem acceperit. tunc hi q̄ iu-
rauerāt p̄iurij crimine rei teneant̄. et peni-
tentia pacta p̄iora cogant̄ recipere conu-
bia. Hoc seruandū est cum vterq̄ idem fa-
retur. Sed vir si asserit se debitū reddidit̄
se vxori. et illa diffiteat̄. cui potius fides ha-
benda sit. merito querit̄. De hoc ita statu-
tum est. Si quis ita acceperit vxorē et ha-
buerit eā aliquo tpe. et ipsa femina dicat q̄
nunq̄ coisset cū ea. et ille vir dicat q̄ sic fecit
In veritate viri consistat qz vir est caput
mulieris. Hoc de naturali impossibilitate
statutum est.

De his qui maleficijs impediti co-
ire non possunt. c**De maleficijs at̄ im-**

pedimento hoc tenendū decernit. Q̄ si p̄/
fortiarias et maleficas cōcubitus nō seq̄t̄
hortādi sunt quibus illa eueniunt vt spū
p̄tritis et humiliato dō et sacerdoti de om-
nibus peccatis p̄fessioneꝝ faciant et lachry-
mis atq̄ elemosynis orationib̄ et ieiunijs
dño satisfaciant. et p̄ exorcismos ac cetera
ecclesiastice discipline munimina ministri
ecclie tales sanare p̄curet̄. Quod si nō po-
tuerint. separari valebunt. Sed postq̄ alias
nuptias expetierint illis viuentibus q̄bus
post iuncte fuerint. p̄ioribus quos reliq̄-
rāt. etiam si possibilitas concubēdi eis red-
dita fuerit. reconciliari nequibunt. Quod
in fine huius capituli p̄tinet̄ ex rigore ma-
gis dictum intelligendū est q̄ ex canonica
equitate. Vel intelligendū est nō posse re-
conciliari p̄ioribus nisi iudicio ecclesie q̄
diuisio facta fuerat.

De furiosis addit. d

Furiosi quoq̄ dū

in amentia sunt. matrimoniuꝝ contrahere
nō valent. Unde Fabianus. Neq̄ furio-
sus neq̄ furiosa matrimoniuꝝ cōtrahere
possunt. sed si contractum fuerit nō sepen-
tur. Itē Nicolaus papa. Ibi qui matrimo-
nium sani contraxerunt et vni ex duobus

vel ambobus amētia vel furor vel aliqua infirmitas accesserit. ob hanc infirmitatez talium cōiugia solui nō possunt. Sicut ē etiā sciendum de his qui ab aduersarijs excecant. vel membris truncant vā barbaris execti fuerint.

De his qui cum duabus sorozib² dormiunt.

De his etiā qui cū duabus sorozibus vel cum duobus fratribus dormiunt videndū est. quid censeant canones. Qui dormierit cū duabus sorozibus. et vna ex illis an fuerit vxor. neutraz ex ipsa habeat. nec ipsi adulteri vnq̄ i coniugio copulent. Itē nec pprie vxori licet sibi reddere debitū. quā sibi reddidit illicitam: sorozē eius cognoscendo. nec p^o mortem vxoris licet ei vel adultere copulari i coniugium. Itē zacharias papa. Lōcubui isti cum sorozē vxoris tue. si fecisti. neutra habeas. et vxor tua si non fuerit cōscia sceleris et continere non vult: nubat in domino cui vult. Tu vero et adultera sine spe iugij maneatis. et dum viuitis penitentiā agite. Quod ait cui vult nubat. intelligendum est post mortem viri. Unde Grego. Qui vxores suas in adulterio dephēdūt nec illi nec illa etiā vxozē accipiat vel aliu virū q̄diu ambo viuunt. Si vero adultera mortua fuerit vir eius si vult nubat. ad altera vō nūq̄ et si mortuus fuerit vir ei² sed omnibus diebus penitentie lamēta p^o soluat. Hic de illo adulterio agitur. quod cum cognato viri vel cum cognata vxoris committitur.

Non est dimittenda vxor p^o aliqua macula seu deformitate corporis.

Illud etiā sciendū est q^o p^o aliqua infirmitate vel macula corporali. non licet viro vxozem dimittere et econuerso. sed debet alter alteri subsidia p^o videre. Unde Augustinus. Si vxozē q̄s habeat sterile siue deformem corpore. vel debilem membris. vel cecam. vel claudaz vel surdam. vel si quid aliud. siue morbis vel laboribus doloribusq̄ confectā. et q̄cūq̄ excepta fornicatione excogitari potest vehementer horribile. pro societate. fideq̄ sustineat.

Ista est distinctio. xxxiii. huius quarti libri. In qua magister postq̄ superius determinauit de matrimonio q̄tus ad eius institutionē. significationē. et q̄tus ad eius causam efficientē et finalē et q̄tus ad eius bona. Dic determinat de eo q̄tus ad cām materialē et q̄tus ad psonas contrahentes. Et tria facit. Primo em determinat q̄ psonae sunt legitime ad cōtrahendū mrimoniū. Secūdo ostendit q̄ q̄sq̄ matrimonio. ppter frigiditatē maxie ad instātia vni² sit solū dūz. Tertio q̄s furiosi dum sunt in amentia actuali p^otrahere nequeunt. Primū facti vsq̄ ibi. De his est q̄ cā frigiditatis. Secūdo vsq̄ ibi. furiosi quoq̄. Tertio vō vsq̄ ad finē dī. In spāllūtia magister stat i trib² p^opositionib² quaz p^oma est hec. Quēdā psonae ad cōtrahendū mrimoniū sunt plene legitime quedaz omnino illegitime q̄dā i medio p^ostitue. Hanc magister insinuans p^oponit p^omo q^o ad mrimoniū p^otrahendum a lique psonae fuerūt legitime an legē. alie sub lege. alie tpe grē. q̄dā etiā psonae i p^omitua ecclia erant legitime q̄ mō nō sunt. Illaz vō q̄ nō sunt legitime v^o illegitime quedā sunt plene legitime vt ille quib² aliqd̄ impedimētū nō obuiat. quedā vō sunt oīno illegitime. vt ille quib² obuiat ordo sacerdotalis v^o p^ognatio vel disparitas cultus. q̄dā sunt medie q̄ nec plene legitime nec oīno illegitime vt ille quib² obuiat frigiditas vel cogitatio. tales em si ignorant p^oiungunt p^omanere p^ont et eisdē deficientibus diuidi p^ont. Secūda p^o p^o est hec p^opter frigiditatē maximā iugium sepat et vir alteri nunq̄ p^oiungat. Hanc magister ponens dicit q^o illi q̄ cā frigiditatis debitum reddere nō p^ont. p^ont sic p^omanere si volunt. Si autē mulier causet seu cōqueratur dicens q^o vult esse mater et filios. p^ocreare decretum est q^o vterq̄ cōiugum septia manu p^opinquoq̄ iuret q^o nunq̄ carnaliter p^ouenerunt. et hoc ita fieri debet p^omo vir et mulier iurabunt q^o nunq̄ carnaliter cōuenerunt et tūc septē de p^opinq̄s q̄ mel^o p^ont scire veritatē p^o signa p^oabilia. iuret q^o credunt eos verū dī xisse. et tūc mulier scdas nuptias cōtrahere p^ont. vir autē q̄ est frigide nature absq̄ spe cōiugij manere dī Si em ille etiā vxozē duceret cogendus est ille redire ad priorē. Quā autē impedimentū ex vtraq̄ parte p^ouenit vterq̄ dī remanere innupt². Dic igit mod² quand² est q̄ vterq̄ iugum idē fateat. sed vir si asserat. mulier autē diffidet. in hoc vero potius abibenda est fides viro q^o caput mulieris ē vir. q̄d magister confirmat auctoritate. Postea dicit q^o si aliqd̄ maleficiuz p^ocubitus nō sequat illi q̄b² hoc euenit hortandū sit vt de oib² p^ontent cōmissis et satisfaciāt de eis deo. Ministri vō ecclie p^o exorcismos et ecclesiastica sacramēta tales sanare et p^ocurēt. et si nō p^ont sanari separari poterunt postq̄ tū alias nuptias expecterūt viuētibus illis quibus iuncte fuerunt. non poterunt reconciliari prioribus quos reliquerant etiam si possibilitas coeundi eis restituta fuerit nisi iudicio ecclie quo diuiso facta fuerat. Tertia p^opositio est hec. Furiosi et amentes totaliter non possunt contrahere matrimonium legaliter. Hanc magister insinuās dicit q^o furiosi dum sunt in amentia contrahere non possunt. quod auctoritatibus confirmat. Postea dicit q^o ille qui dormit cum sorozē vxoris sue neutram illarum habere debet. Et tū ipse q̄ adultera nūq̄ debent coniugio copulari. Quod magister multis auctoritatibus probat. Ultimo dicit q^o non licet viro vxozem dimittere nec econuerso. ppter aliquā infirmitatem corporalem. sed debet alter alteri subsidia p^ouidere. quod auctoritatibus confirmat. Et quib² patet q^o qui per legitimum matrimonium coniunguntur copaliter non possunt postmodum separari aliquatē. Et tū in speciali.

Eodē iure uti vir et mulier, a

De etiā notā

DI. XXX / V

b dū est q̄ cū dñs pcedat vxorem dimitti causa fornicationis viro. eadē licetia non tollit feminis. Cū Hiero. p̄cepit dñs vxorem nō dimitti excepta cā fornicationis. et si dimissa fuerit. manere innuptā. Quicquid viris precipitur. hoc consequenter redundat ad feminas. Non em̄ adultera vxor dimittenda est. et vir mechus tenendus Item. Apud nos quod non licet feminis. eque nō licet viris. et eadem seruitus pari condicione censetur. Ex his ostendit q̄ mulier potest super fornicatione virum conuenire. vt vir mulierem. Unde Innocenti⁹ papa. Christiana religio adulteriū i vtroq̄ sexu pari ratione condemnat. sed viros suos mulieres non facile de adultero accusant. viri autem liberius vxores suas ad ulteras apud sacerdotes deferre cōsueverunt. et ideo mulieribus prodito earū crimine negatur cōiunio. virozum autē latēte commisso. non facile quisq̄ ex suspitionibus arceat. qui tñ submouebit. si eius flagitium detegatur.

Hierony. de morte fabiole.

Innoc. papa

Qd fornicariam nequit dimittere vir nisi ipse expers fuerit et everso. b

Sivero querit an

adulter adulterā possit dimittere causa fornicationis? Dicim⁹ qz nequit adultera vxor dimitti a viro. nisi et ipse expers fornicationis existat. et econverso. Cū Aug⁹. Nihil iniquius est q̄ causa fornicationis dimittere vxorem. si et ipse conuincitur fornicari. Occurrit em̄ illud. in quo alterū iudicis teipm̄ p̄demnas. Quapropter quisq̄s fornicationis causa vult abijcere vxorem. prior debet esse a fornicatione purgat⁹. qd̄ similiter et de femina dixerim. Idem. Indignantur mariti si audiant adulteros viros pendere similes adulteris feminis penas cum tanto grauius eos puniri oportu erit quātomagis ad eos ptinet et virtute vincere exemplo regere feminas. Ex his apparet q̄ adulter adulteram dimittē non valet et econverso.

Augusti.

Qd possunt recōciliari qui sepantur causa fornicationis. c

Si quis aut fornicationis

expers fornicariam dimiserit. alij copulari non pōt. sed cōtinere optet vlad dimissam redire. sic et de femina. Unde et ap̄ls. His qui matrimonio iuncti sunt. p̄cipio nō ego sed dominus vxorē a viro non discedere. q̄ si discesserit maneat innupta. aut viro suo reconcilietur. et de viro addit Et vir vxorem nō dimittat. Sed Ambro. ait. Ideo nō subdit de viro sicut de muliere. quia licet viro aliaz ducere. Sed hoc a falsarijs in ambrosij libro posituz creditur Supplendum em̄ esse in viro quod de vxore premisit. apte dicit Augusti. sic. Quare non addit de muliere qd̄ premisit de viro. nisi q̄ similez formā vult intelligi. vt si dimiserit q̄ causa fornicationis pmittit. maneat sine vxore aut reconciliet vxori. Idē Si nec nubere illi conceditur. viuo viro a quo recessit. nec huic alterā ducē viua vxore quā dimisit. multominus fas est. illicita cū quibuslibet stupra committere. Idē Et nō facile dimittat vxor dñs solā fornicatōis causam excepit. ceteras vero vniūfas molestias si que extiterint iubet p̄fide coniugali et p̄ castitate fortiter sustineri. et mechum dixit qui a viro solutā duxit. Et his ostenditur q̄ si causa fornicationis sit sepatio. nō pōt vir vel mulier in aliā transire copulam. Possunt aut recōciliari et cohabitare sicut prius. si dimissuz alter reuocare voluerit.

Ambros.

Aug. super eplam ad romans.

Que p̄dictis vident obuiare. d

Dicit tamen iohā

nes Chrisosto. Sicut crudelis et iniquus est qui castam dimittit. sic fatuus est et iniquus qui retinet meretricem. Patronus em̄ turpitudinis est qui celat crimen vxoris. Item Hiero. Tum mulier vnā carnem in aliā dimiserit. et se fornicatiōe a marito seperauerit. non debet teneri. ne virū quoq̄ sub maledicto faciat. dicente scriptura. Qui tenet adulteram stultus est et insipiens. Idem ad amandum presbyterum scribens de quadam que viro suo viuente alij nupserat. sic ait. Rem nouam loquor imo non nouam sed veterē. que veteris testamenti auctoritate cōfirmatur Si reliquerit scdm̄ virū mulier et recōciliari voluerit priori. non potest.

Iohannes Chrisost.

Hieros.

Beterminatio. c

Sed hec omnia in-

teelliga sunt de illa que ab adulterio rece-
dere noluit. nec per pñiam peccatum dele-
re. Ad si vir scienter patit. cōsentire videt
Si em̄ in adulterio p̄seuerare elegit. patro-
nus turpitudinis et lenocinij reus marit?
habebitur. nisi eā adulterij reaz facere vo-
luerit. Si aut̄ a peccato recesserit et p̄ peni-
tentiam illud purgauerit. poterit viro re-
cōciliari. Tñ Aug. Quid tibi durus vide-
tur vt post adulterium recōciliē cōiungat
fides assit nō erit durū. Cur ei adhuc dpu-
tamus adulteros. quos credimus pñia ef-
se sanatos. Idē. Nō erit turpis nec diffici-
lis etiā post patrata et purgata adulteria
reconciliatio coniugij. vbi p̄ clauis regni
celorum nō dubitat fieri remissio peccato-
rum. nō vt post viri diuortij adultera re-
uocetur. sed vt post xpi p̄fortiuz adultera
non vocetur. Item Grego. Debet recipere
repeccatricem que pñiam egit. sed non se-
pe. Item Hermes. Si vir scierit vxorē su-
am deliquisse et nō egerit pñiam mulier. s̄
p̄manet in fornicatione sua et vir viuūt cū
illa. vir reus erit et particeps peccati eius
Et si mulier dimissa egerit pñiam et volue-
rit ad virū reuerti. debet recipere peccatricē
que pñiam egit. sed non sepe.

**De illis qui se ante polluerūt p̄
adulterium.**

Solet etiam queri

an valeat duci in coniugium que prius est
polluta per adulterium? De hoc Leo pa-
pa ait. Nullus ducat in matrimonij quaz
prius polluit adulterio. Item. Relatū est
auribus sanctorum sacerdotum quendam
alterius vxores stupro violasse. et in super-
meche iuramentum dedisse. q̄ post legiti-
mi mariti mortem si superuueret. duceret
eam in vxorem. quod factum est. Tale er-
go connubium phibemus et anathemati-
zamus. h̄is alijsq̄ autoritatibus vetatur
in coniugium copulari. qui se prius adul-
terio maculauerunt. Sed e contra Augu-
ostendit dicēs. Veniq̄ mortuo eo cū quo
fuit verū coniugium. fieri potest coniugium
cū qua precessit adulterium. Idē posse fi-
eri sane licitas nuptias ex personis illicitate
p̄iunctis honesto placito subsequente ma-
nifestum est

Determinatio.

Sed hec ultima au-

toritas de concubinīs loquit̄. prohibens
concubinās posse transire ad honestū pla-
citum nuptiarū. si castitatem et fidem sua-
re velint. Prima vero autoritas augustini
de illis ait. qui de peccato penituerunt. et
nihil in mortem viri machinati sunt nec vi-
uente viro fidem adultere dedit mech. q̄
eam in cōiugio duceret si superuueret. Qui
vero hec faciunt. alijs premissis autorita-
tibus prohibetur copulari.

Ista est distinctio xxxv. huius

quarta libri. In qua mgr̄ post q̄ sage⁹ determinauit &
impotētia coeundi. que accum matrimonij impedit
Hic aut̄ determinat de separatione thori. p̄pter forni-
cationem que s̄llr̄ matrimonij tollit vinculo matri-
monij durate. Et duo facit. Primo em̄ ostendit quo-
modo vterq̄ coniugium p̄t. alium dimittere. p̄t for-
nicationē. qm̄ ipse est a fornicatione immunis Seco-
subiungit quo null⁹ possit ducere in matrimonio qua
polluit in adulterio. Primū facit vsq̄ ibi. Solet etiā
queri. Scdm̄ vsq̄ ad finē dis. In speciali sn̄a magi-
stri stat in duabus p̄positionibus quaruz prima est
hec. Et si vir vxorē dimiserit causa fornicatōis. alte-
ri non nubat ea viuente in statu huius corruptōnis
Danc magister insinuans. p̄ponit primo q̄ sicut licet
viro causa fornicationis vxorē dimittere ita eadē cā
dimittere licet vxori virum. quod autoritatibus pro-
bat. Postea dicit q̄ illud quod dictum est debet itel-
ligi si ille qui alterum vel alterā dimittit similis crimi-
ni nō subiacet. Adultera autē adulterum dimittere
nō p̄t causa fornicatōis. qd̄ autoritatibus probat
Postea dicit q̄ si causa fornicationis facta fuerit se-
paratio. nō p̄t vir vel mulier in aliam copulā conis-
ga'em transire. p̄nt aut̄ recōciliari et cohabitare si-
mul si prius dimissam alter reuocare voluerit. quod
autoritatibus probat. Postea inducit plures auto-
ritates que dicunt q̄ si vir sciat vxorem suam deliquis-
se. et nō egerit mulier pñiam et in fornicatione p̄ma-
neat. et hoc pactat vir cū ea viuens et cohabitās. vt
deē consentire et reus et p̄iceps esse huius peccati.
et ideo retinere eā nō debet. Si hō mulier dimissa a
peccato discesserit et pñiam illud purgauerit. po-
terit viro reconciliari. et vir talē debet recipere. s̄ non
sepe. Secda p̄posito est hec. Cur nō p̄t ducere vxorē
quam prius per adulterij polluit. si ipsa in mor-
tem viri machinata fuerit. seu si vir dederit fidē q̄ eā
ducat. si vir non superuuerit. Hāc magister ponēs
probat autoritate leonis pape. Obijcit tamen con-
tra hoc magister p̄ autoritates sanctorū. quas soluit
dans eaz sanā intelligentiā. Et tñ in speciali.

**Si pro extrema conditione va-
leat vxor separari a viro et ecouer-
so.**

Hinc de cōdi

DI. XXXVI

VI
tione videamus an valeat cō-
iugij diuidere? Ad qd̄ dici-
mus qz nō negat̄ igenua pos-
se nubere suo. s̄ si nescit esse fuitus p̄ditio-
nis. libere p̄t dimitti cū fuitus ei⁹ fuerit

3

dephensa. fm illud Si quis ingenuus ho-
mo ancillā alterius vxore acceperit. et est
mat qd ingenua sit. si ipsa femina fuerit po-
stea in seruitutē delecta. si eā a seruitute re-
dimere pōt faciat. si nō pōt. si voluerit ali-
am accipiat. Si vxo ancillam eaz scierat et
collaudauerat. post eā vt legitia habeat.
Item ex eodē. Si femina ingenua acceperit
seruū. sciens q seruus esset. habeat eū.
qz oēs vnū p̄rem habemus i celis. vna lex
erit viro et femine. Cum dicitur sciens illum fi-
uum. datur intelligi. q si nescierit illuz ser-
uum esse nō cogitur manere cū ipso Si em̄
p̄ditionis dolū patitur. nō cogit adherere
et cuius fraude decepta est. Si autē scierit
vir p̄ditionem mulieris vel ecōuerso. non
valet eā dimittere. Vñ Zacharias papa.
Si quis liber ancillā in matrimonio acce-
perit. nō habet licentiā dimittendi eā. si cō-
sensu amboꝝ p̄iuncti sunt. nisi ob forni-
cationem. De illis agit qd alterutrius cō-
ditio nota est qñ p̄iunguntur.

In concilio a
pud vmeriā.

Zacharias
papa.

De copula serui et ancille diuer-
sorum dominorum. b

Queritur etiam si

seruus vnus ancillā alterius acceperit an
sit inter eos p̄iugiū? De hoc etiā ita statu-
tum est. Dicitū est nobis q quidam legiti-
ma seruoꝝ matrimonia potestatiua qua
dam presumptione dirimant. nō attenden-
tes illud. quos deus coniungit homo non
separet. vnde nobis visus est vt p̄iugia ser-
uorum nō dirimant etiā si diuersos dños
habeant. sed in vno p̄iugio p̄manētes do-
minis seruiant suis. Et hoc in illis obser-
uandū est vbi legalis cōiunctio fuit. et per
voluntatē dñoz. Attende finem huius
capituli vbi videt̄ innui preter voluntatē
dñozum inter seruū et ancillā nō posse cō-
trahi p̄iugium. vel si p̄trahitur non esse ra-
tum. Quibusdā tñ videt̄ inter eos posse fi-
eri p̄iugium. dñis ignorantibus.

In concilio ca-
bilonensi.

De viro qui se facit seruus vt di-
uidatur ab vxore. c

Illud etiaꝝ notan-

dum. q si mulier virum liberum acceperit
et ille vt causam p̄stet discidiū se alicuius
seruum fecerit. nec ille vxorem dimittere.
nec illa ob vinculum coniugij in seruitutē
redigi poterit. Vnde illud. Perlatum est
ad sanctam synodum. q quidam ingenuus

Inthburien-
si concilio.

ingenuam acceperit vxorem. et post filioꝝ
procreationem: occasiōe diuortij: cuiusdā
seruum se fecerit. vtrū et mulierem necessa-
rio tenere debeat. et si tenuerit. an illa etiā
seruituti subijci debeat quæsitus est? Judi-
catum est vxorem minime debere dimitti.
non tamen ob christi legem mulierē in ser-
uitutem redigi. dum ille nō ex p̄sensu con-
sugis se seruum fecerit: quem liberum ipsa
maritum acceperat.

De etate contrahentium. d

Hoc etiam sciēduꝝ

est q pueri ante. xiiij. annos. et puellæ ante
xij. annos fm leges matrimoniuz inire ne-
queunt. q si ante prædicta tempora copu-
lam inierint. separari possunt quousq; volun-
tate et assensu parentū iuncti fuerint. Qui
vero in pueritia copulati post annos pu-
bertatis nolunt se relinquere. sed in cōiū-
gione permanere. iam ex hoc efficiunt cō-
iuges. et deinceps nequeunt separari. Itē
Sponsalia ante septennium contrahi non
possunt. solo enim consensu contrahuntur
qui interuenire nō pōt nisi ab alterutra p̄-
te intelligat̄. qd inter eos agit.

Duo illa executi sumus cum alioꝝ quo-
rundam adiectione quibus cōiugium sol-
ui potest. nec tamē solui semper necesse est
Nūc de alijs que personas illegitimas pe-
nitus faciūt. addendū est. et p̄mū de ordie.

Ista est distinctio. xxxvj. huius

quarti libri. In qua magister post q̄ superius de ter-
minauit de impedimentis antecedentibus matrimo-
nium contrahendum et de superuenientibus in con-
tractum. hic vxo determinat de incidētib; in ip̄o con-
tractu. sicut est error conditionis. Et duo facit. Pri-
mo em̄ determinat de impedimento seruilis cōditio-
nis. Secōdo de impedimento ex defectu etatis. Primū
facit a principio distinctionis vsq; ibi. Hoc etiam est
sciendum. Secundū vxo vsq; ad finē distinctionis. In
speciali sententia magistri stat in tribus p̄positio-
nibus quarum prima est hec. Cum p̄sona de p̄cella ser-
uitute contrahens ignoranter eam potest dimittere
et alteri coniungi matrimonialiter. Hæc m̄ḡ infimū
ans querit primo vtrum seruitus cōiugium diuide-
re possit. Et respōdet q libera pōt accipere seruum et
ecōuerso liber ancillā. s; si mulier nesciat viri p̄ditōꝝ
vel et ecōuerso vir mulieris cū seruitus fuerit depre-
hensa potest libere dimittere eaz. Si autem sciuerit
mulieris cōditionem vel ecōuerso non pōt dimitte-
re. quod autoritatibus confirmat. Postea querit si
ambo. s. vir et mulier sint seruilis cōditionis. vtrum
possit inter eos esse coniugium. Et respondet ex au-
toritate eiusdem concilij q sic. dum nō fiet cōiunctio
ex voluntate dominoz. Quis dicunt alij q etiam do-
minis ignorantibus possit inter eos fieri coniugium
Postea dicit q si mulier accepit virum liberum et il-
le postea fecerit se seruum occasione diuortij. non il-
le potest vxorem dimittere. nec illa p̄ matrimonij vñ

tulum potest in seruitute redigi. dum ille non ex assensu conjugis se seruum fecerit. quod auctoritate eiusdem patris phat. Seda ppositio est hec. Sponsalia non contrahunt nisi ab altera parte sciatur quid iter eos in tali facto agatur. Hanc quidem ppositionem magister insinuans dicit. qd si leges pueri ante decimum quartum annum et puella ante duodecimum annum non possunt matrimonium inire. qd si fecerint ante predicta tempora separari poterunt. Qui autem in puricia copulantur et post annos pubertatis nolunt se dimittere sed in coniunctione permanere. ex hoc efficiuntur coniuges. et deinceps nequeunt separari. Ad dit etiam qd sponsalia ante septimum annum contrahi non possunt. qd postea etiam qd ab utraque parte intelligatur quid inter eos agatur. Ultimo dicit determinatum esse de duobus impedimentis conjugii quibus solui potest nec tunc solui tempus est necesse. Et tunc in speciali de sententia huius distinctionis.

In quo ordine nequeat fieri coniugium.

Unt igitur

quidam ordines in quibus nullatenus potest contrahi coniugium. et si intercesserit copula:

fit diuortium. ut sacerdotibus. dyaconis. titur sortiri coniugium. nisi religionis habitum sumpserit vel continentie votum fecerint. Unde Leo papa. Clericos. lectores. ostiarios. exorcistas. acolitos. si extra votum et habitum inueniunt et continentiam profiteri nolunt. vxores ducere virginem ecclesie romana permittit. non viduam vel repudiatam. qd deinceps nec ad subdyaconatum puebi poterunt. nec laicos vxorem sortiri nisi si virginem. vel bigamus ad clericatum.

Item ex carthaginensi concilio placuit episcopos. presbiteros. dyaconos. subdyaconos etiam ab vxoribus abstinere. qd si non fecerint etiam ab ecclesiastico remoueant officio. Leteros vero clericos ad hoc non cogit. Item Leo papa. Lex continentie eadez est ministris altaris que episcopis et presbyteris. qui cum essent laici vel lectores. licite vxores ducere potuerunt. sed cum ad predictos puenerunt gradus. cepit eis non licere qd licuit. Item in. vii. synodo. Si quis eorum qui ad clericum accedunt voluerit nuptiali lege mulieri copulari. hoc ante ordinem subdyaconatus faciat. Item calixtus papa. Presbyteris. dyaconibus. subdyaconibus. monachis. concubinas habere seu matrimonium contrahere penitus interdicimus. contracta quoque matrimonia ab huiusmodi personis disiungi. et personas ad penitentiam debere redigi. iuxta sanctorum canonum distinctionem iudicamus. Item

Gregorius. Nullum facere subdyaconum episcopi presumant. nisi qui se caste victurum promiserit. qd nullus debet ad ministerium altaris accedere. nisi cuius castitas ante susceptum ministerium fuerit approbata.

De interfectoibus suarum coniugium.

His adiciendum est de occisoibus suarum coniugium. De quibus Nicolaus papa scribit radulpho biturice si archiepo. Interfectores suarum coniugum sine iudicio. cum non addis adulterum vel aliquid homini. quid aliud habendi sunt quam homicide. Et per hoc ad penitentiam redigendi. quibus penitus denegatur coniugium. Hic videtur Nicolaus permittere maritis per adulterio aut alio huiusmodi vxores suas interficere sed ecclesiastica disciplina spiritali gladio non materiali criminosos feriri iubet. Unde idem Nicolaus. Inter hec nostra sanctitas addere studuit. si cuius vxor adulterium perpetraverit. vtrum marito eius secundum mundanam legem interficere liceat. Sed sancta dei ecclesia nunquam mundanis cõstringitur legibus. gladium non habet nisi spirituale. Item pius papa. Quicumque propriam vxorem absque lege et sine causa interfecerit aliamque duxerit. armis depositis publicam agat penitentiam. et si contumax extiterit anathematizetur usquequo consentiat.

Ista est distinctio. xxxvij. huius quarti libri. In qua magister post superius determinauit impedimentis que faciunt personas medias plene legitimas et penitus illegitimas. Dic vero determinat de impedimentis que faciunt personas omnino illegitimas. Et circa hoc duo facit. Primo dicit quod per ordinem sacrorum matrimonium impediatur. Secundo quod per vxoricidium impeditur. Primum facit a principio distinctionis usque ibi. his adiciendum secundum deo ab inde usque ad finem dist. In speciali infra magistri stat in duabus ppositionibus quarum prima est hec. Hoto continentie cõstricti vel in sacris ordinibus vel in religione cõstituti matrimonium contrahendi ab ecclesia sunt prohibiti. Hanc magister insinuans dicit quod sunt quidam ordines in quibus nullatenus potest contrahi coniugium. et etiam si intercesserit copula fit diuortium sicut sacerdotibus. dyaconis. subdyaconis. In alijs vero ordinibus permittitur fieri coniugium nisi religionis habitum sumpserint. vel votum continentie fecerint. quod pluribus auctoritatibus confirmat. Secunda ppositio est hec. Et iuxta canonico quod legibus mundanis non astringitur vxorem interficiat matrimonium interdicat. Hanc magister insinuans dicit quod occisoibus suarum coniugium penitus coniugium denegatum est tales sic criminosos ecclesiastica disciplina gladio spiritali et non materiali corrigere iubet. unde tales debent publicam penitentiam agere. et si contumaces fuerint excommunicantur quousque consentiant. Et tunc in speciali.

Innocentius papa. Decernimus ut his qui ordinem subdyaconatus acceperint et insuper vxores duxerint vel concubinas habuerint officio atque ecclesiastico beneficio careant. Cum cum ipsi tempore et vasa sunt sacrarum spirituum sancti esse debeant et dicitur in dignum est eos cum bilibus et immundicijs de seruire.

Pius papa.

DI. XXX. VII

eo papa

carthaginiensi concilio

eo papa.

calixtus papa.

De voto. a

OL. XXX / VII.

Hinc de vo-

to inspiciamus. Votū est te-
stificatio quedam pmissiois
spontaneae. que deo et de his
que dei sunt proprie fieri debet. Sunt tamē
et vota stultoꝝ que frangenda sunt.

De votoꝝ differentijs. b

Sciēdū vō qd vō-

torum aliud est commune aliud singulare
Commune vt illud quod in baptismo om-
nes faciunt cū spondent renūciare dyabo-
lo et pompis eius. Singulare vt cum ali-
quis sponte pmittit seruare virginitatem
et continentiam vel aliquid huiusmodi. Itē
singulare votū. aliud est priuatū. aliud so-
lenne. Priuatū est in abscondito factū. so-
lenne vero in conspectu ecclesie factū. Itē
priuatū votoꝝ si violatur. peccatū est mor-
tale. solenne vō violare peccatū et scanda-
lum est. Qui priuatū faciunt votum con-
tinentie: matrimonij contrahere nō dnt
quia contrahendo mortaliter peccant. Si
tamen contraxerint non separent. qz pba-
ri nō potest quod occulte factum est. Qui
vero solenniter vouent: nullatenus comu-
gium iure queunt. quibus nō solū nubere
sed et velle damnabile est. Unde August.
In coniugali vinculo si pudicitia serua-
damnatio non timetur. sed in viduali con-
tinentia et virginali excellentia. virtus mu-
neris amplioris expetitur. qua expetita et
electa et vota oblata iā nō solū capescere
nuptias. sed etiam si non nubatur. nubere
velle damnabile est. Nouentibus em vir-
ginitatem vel viduitatem non solū nube-
re sed etiam velle damnabile est. Ad apo-
stolus ostendit thimotheo scribens. Ado-
lescentiores viduas deuita. Cum enim lu-
xuriate fuerint. in christo nubere volūt id
est cum post votum continentie in delictijs
egerint vitam. non dico nubunt sed nube-
re volunt in christo. quasi tunc non sit pec-
catum. sed qd sit ostendit subdens. Habent
tes damnationem. et quare? subdit quia p-
mam fidem irritam fecerunt. et si non nu-
bendo. tamen volendo. vt voluntate que
a proposito cecidit appareat esse damnata
sive sequantur nuptie siue nō. Damnatur
enim ppositi fraus. damnatur tales. quia

Aug. ad in-
lianā de san-
cta viduitate

penitētie fidem primam irritam fecerunt id
est votum. vel in voto violato fidem quā
in baptismo professi sunt. Si autem p vo-
luntate nubendi damnantur. constat. si eā
effectui mancipauerint reuocandum id es-
se in irritum easqz arcendas redire ad ppo-
situs. Unde Gregorius. Viduas a propo-
sito recedentes viduitatis sup quibus nos
consuluisi. credo te nosse a sancto Paulō
nisi conuertantur olim esse dānatas. quas
et nos apostolica autoritate damnandas et
a communione fidelium atqz a luminibus
ecclesie arcendas fore censemus. vsqz quo
obediāt episcopis suis. et ad bonum quod
ceperunt inuite aut voluntarie reuertant.

Greg. ad b-
nificium.

De virginibus nō velatis. c

De virginibus au-

tem non velatis si deuiauerint. a predeces-
sore nostro Innocentio papa tale decretū
habemus. Hec que nondum sacro velami-
ne. recte tamen in proposito virginali sem-
per se simulauerunt permanere. licet vela-
te non fuerint. tamen si nupserint aliquo
tempore his agenda penitentia est. qz spō-
sio earum a domino tenebatur. Si enim
ter homines soler bonifidei contractus nul-
la ratione dissolui. quantomagis ista pol-
licitatio quam cum deo pepigit solui sine
vindicta non poterit. Item. Si virgines
nondum velate taliter publica penitentia
puniuntur. et a cetu fidelium vsqz ad satis-
factionem excluduntur. quantomagis vi-
due que perfectōis etatis et maturioris cō-
siliū existunt. et habitum religionis assump-
serunt. et deinde apostatauerunt. atqz ad
priorem vomitum sunt reuerse. a nobis et
ab omnibus fidelibus. a luminibus eccle-
sie. et a cetu fidelium vsqz ad satisfactionē
sunt eliminande. et carceribus tradende.
Ex his apparet virgines vel viduas: vo-
to continentie astrictas. siue fuerint vela-
te siue non. nullatenus coniugium sortiri
posse. Quod itidem de omnibus intelligen-
dum est. qui continentiam vouerunt. Quō-
enim ante erat licitum. post votum fit illicitum.
Non est igitur pretermittendum
quod Innocentius papa de viduis et pu-
ellis decreuit que christo spiritualiter nu-
bunt. si postea publice nupserint. non eas
admittendas esse ad penitētia. nisi hi qui-

Aug.
interie-
cipit.

Innoc. 4.

bus se iunxerant de mundo recesserint. Si enim de omnibus hec ratio custodit: ut quecumque viuentem viro alteri nupserit. ad altera habeatur. nec ei agende penitentiae licentia conceditur nisi viro de illis fuerit defunctus. Quot magis de illa tenenda est. que ante se immortalis sponso iunxerat. et post ad humanas nuptias transmigraverit. Attende quod non solum coniugium talibus negare videtur sed etiam locum penitentiae. Sed non ita intelligendum est. ut aliquando excludantur a penitentia que digne penitentiam agere volunt sed ille non sunt admittende ad penitentiam que ab incestus copula discedere nolunt. quia post religionis propositum non potest deo reconciliari. per penitentiam. quae ad habitum sue professionis redire neglexerit. Tunc ille cui se coniunxerat ei defunctus erit. cum ab eius illicitis amplexibus hec penitentia recesserit. Cum ergo dicitur eas non esse admittendas ad penitentiam. nisi hi quibus se iunxerant de mundo recesserint. subaudiendum est eis. Tunc enim eis viri de mundo recesserunt et defunguntur. cum ab eorum concupiscentia iste se alienant. Quem sensum similitudo subdita declarat et confirmat.

Quam grande malum sit adulterium.

De vir et mulier

legitime coniuncti sunt. constat alterum altero viuentem ad aliam non posse transire copulam. alioquin adulterium committit. de quo clemens papa ait. Quid in omnibus peccatis adulterio est grauius. Secundum namque in penis tenet locum. quem primus illi habent qui aberrant a deo. Grauiissime ergo peccant adulteri. grauius fornicari. sed cum actus his grauius incestuosi. quos omnes transcendent praeter naturam delinquentes. Unde Augustinus. Adulterij malum vincit fornicationem. vincitur ab incestu. Peius enim est cum matre quam cum aliena vxore dormire. sed horum omnium pessimum est quod contra naturam fit. ut si vir membro mulieris non ad hoc concessio utatur. hoc execrabilius fit in meretrice. sed execrabilius fit in vxore.

De illis qui post longam captiuitatem redeunt.

Hic queritur de illis feminis. que putantes viros suos interem-

